

D
F
F
De S
tib
DO
A
DI
C
ROM
Sumpt

DISSERTATIO
PHILOSOPHICO-MEDICA

DE

Re monſtroſa à Capuccino Piſauri per vrinam excreta.





PLVR

De Sanguinis Grumis, Polypis, Serpentibus, ac præcipuè de Vermibus in corpore humano procreatis non iniucunda complectens.

AVCTORE
DOMINICO DE MARINIS
ROMANO M. D.

AD EMIN.^MVM ET REVER.^MVM
PRINCIPEM
DECIVM S.R.E.
CARD. AZZOLINVM







ROMÆ, Typis Iacobi Maſcardi. 1678.
Superiorum permiſſu.
Sumptibus [illegible] Carraræ ad Pedem Marmoreum.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. Patri Sac. Pal. Apost. Mag.

I. de Angelis Archiep. Vrbinat. Vicesg.

Imprimatur,
Fr. Raymundus Capisuccus Ord. Prædic. Sac. Pal. Apost. Magist.



EMINENTISSIMO PRINCIPI



REVEM hanc Diſſertationem, cuinam meritò conſecrarem diù mihi non fuit hærendum; rectà ſiquidèm ad Te (PRINCEPS EMINENTISSIME) ſuoque properat gradu: cum enim in celebri Gentis Picenæ Collegio, vbi Tu maximum literis præſidium es, ad Græcæ, Romanæque Palladis æmulationem delecto

* 2 vndi-

vndique ingeniorum flore, Athenæum excitauerit ſapientia Tua, me, quamuis immeritum, humaniter collocaſti: quod quidem non cuiuis hominum adire contingit, verùm ijs tantùm, quos literarum Paleſtra dedit emeritos, quos laurea meritò coronauit: nec minimum laudis accedit tot omnigena præditos eruditione Viros, & ad gloriam, Te auſpice, fœlicitèr contendentes, habere contubernales. Quid ni igitur Tibi mea deuoueam, qui me prorsùs inſigni adeò beneficio, vt cœtera ſilentio prætercam, ornare, atque obſtringere dignatus es? at quid mea

in-

inquam?Tuum omninò eſt, quod rependo, & quòd in Collegio Tuo natũ, & quòd humanitas Tua, quæ mihi prçſertim ſolis adinſtar affulget, ingenium meum fœcunda irradiatione, velut effœtæ virtutis agrum, ad fructus vtcunque idoneum effecit. Porrò quæ tenebras merentur, indulgentiùs prodire ſinam, non tàm publicæ lucis ambitu, quàm Tuæ, quæ ingens profectò eſt, ſeù quam ornas, Purpuram, ſeù Gentilitia ſpectem Sydera, ſiuè potiùs cõtemplari iuuet verè ſydereum animi Tui fulgorem. Inſuſurrent pro libito ignaui, fuco ſimiles, atque carpendis tantùm alienis la-

boribus eruditi: tantæ lucis auſpicio, tetricas inuidorum vmbras deſpicari magis, quàm pertimeſcere oportebit. Excipias igitur pro Tua humanitate, quod ipſe pro viribus offero, grati animi monumentum; ad maiores proculdubiò conatus adijciet animũ Tuæ frontis explicata maieſtas. Interim venerabundus EMINENTIAM TVAM diù literarum cultoribus benè valere impenſiùs opto.

Romæ ex Collegio Piceno Prid. Id. Decem MDCLXXVIII.

EMINENTIÆ VESTRÆ

Humillimus, & æternùm Addictiſſimus Seruus

Dominicus de Marinis.

LE-

LECTORI BENEVOLO.



CIO quàm accuratum esse debeat, & quauis ex parte optimè dedolatum, quod prælo committitur, hac nostra potissimùm ætate, qua nulla indagandis naturæ secretis curiosior, inueniendis fœlicior illuxit, quæque longè superiora sæcula nouarum rerum vbertate superauit.

Scio, inquam (Lector Beneuole) quàm periculosum sit dare aliquid in manus hominum, vt rectè Caius Lucilius dixerit, ea, quæ scriberet, neque se ab indoctis, neque à doctissimis legi velle, quod illi non intelligerent, hi plùs fortassè quàm ipse. Sed vicit, ac superauit ingens doctorum amicorum efflagitatio, quos inter fuit æterno desiderio lugendus Iohan. Guillelmus Riua rerum anatomicarum diligentissimus, qui maligna febre

17. Octobris anni superioris eruditorum cœtibus ereptus fuit.

Vterque de hac monstrosa re pari modo (dispari licet sententiæ euentu) disputabamus: ac, quamuis abiremus in diuersum, eruditus vir, cui de bono luto Titan finxerat præcordia, hanc meam Dissertationem (in qua nonnulla de Sanguinis Grumis, de Polypis, de Serpentibus, ac de Vermibus in nostro corpore genitis non iniucunda complector) postquàm audiuit, applausit, & præter meritum impensiùs, vbi summoperè dissentirem, laudauit.


Hactenus maximo desiderio promissum ab Excellent. Coccio de hac eadem re discursum expectaui simùl, ac vt Cl. Viro suscepti laboris cursus arrideret semper optaui, cuius institutum esse debebat probare primò rem hanc monstrosam serpentem fuisse (quemadmodùm se huius opinionis patronum esse promulgauit) vt rumperentur ilia

mo-

momis, ac ipse magnus diceretur Apollo; cætera verò, quæ ad eiusdem rei in corpore humano generationem explicandum pertinent, deinceps (vt in fine suæ epistolæ spopondit) erant inquirenda.

Ab amicorum precibus igitur victus, silentium, quod altum seruat adhùc Cl.Vir., rumpere cogor, ac varijs auditis Romæ de hac historia sententijs, ampliùs mihi temperare non possum, quin liberè de eadem proferam quid sentio.

Hîc subiectæ epistolæ, Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Hieronymi Valuasorij Episcopi Pisaurens. nomine editæ superflua non moueo commentaria, sed quædam tantummodò eiusdem epistolæ, vernaculâ linguâ Gottorum typis depromptæ; verba, quæ in exponendam Cl.Coccij, & aliorum opinionem, necnon in meam confirmandã sententiam rectè conducunt, hoc signo [ ] inclusa transcribo. Vale.


RES PER VRINAM EXCRETA.

ILLVSTRISSIMO,

E Reuerendiſſimo Signor,

e Padron ſempre Colendiſſimo.



Cenni di V.S.Illuſtriſſima, che mi ſcoprono i giuſti deſiderij, che tiene di hauere ſollecita notitia del Caſo ſtrauagante, & ammirabile ſucceſſomi quattro giorni ſono qui in Peſaro, ſi come incontrano il mio genio, ch'è tutto diſpoſto ad vbbidirla in coſe di maggior rilieuo, così n'eccitano il mio, benche debole, ingegno, à fatigare con maggior vigore, come già ſi affatiga, per perfettionare vn Diſcorſo latino, oue s'inueſtigaranno le Cauſe, la Materia, il Sito, le Qualità, & ogn'altro Eſſentiale, &c. Per ben diſtinguere queſto nuouo Prodigio della Natura, ch'è lo ſcopo ſolo, oue ſi dirigono tutti i preſidij Medici, che m'ingegno perſcrutare al poſſibile, à ſollieuo della medeſima.

Veramente confeſſo, che la reſolutione della mia volontà era ſolo di far noto al Mondo vn Caſo ſi ſingolare

con

con le formole mediche latine; mà chi può resistere à i tratti soauissimi, e peculiari della gentilezza di V. S. Illustrissima, à i di cui voleri è capitale rassegnare il proprio arbitrio? Eccomi vbbidientissimo à delineare merauiglie in stile volgare sù la speranza di sodisfarla per hora con vna semplice Relatione del Caso, & in breue con il sopranomato Discorso latino più diffuso, che non dubito sia per riuscire di stimolo à qualche Virtuoso del nostro secolo, per rendere, più douitioso il Mondo con il preggio delle loro più saggie speculationi, mentre il sogetto chiama alla dilucidatione di se stesso anche l'industria, & osseruationi essatissime de' più periti Anatomici, non senza contento di quei meschini, che afflitti da Calcoli de Reni disperano la propria salute. Finalmente rifletto, che sono giusti i desiderij di V.S.Illustrissima in volere questa semplice Relatione per hora, mentre, se in quello trouaranno i Virtuosi argomenti da filosofare, in questa haueranno i meno intendenti il piacere, di hauer sodisfatta quella curiosità, che è insita in

cia-

ciaſchedun'huomo, che per propria natura brama di ſapere.

Quindi ſappia il Mondo, che alli quattro d'Aprile di queſto anno corrente 1677. quì in Peſaro, il Molto Reuerendo Padre Frà Stefano da Cammerino Predicatore Capuccino, che per lo ſpatio di tredici meſi hà patito d'vrina di ſangue, benche non continuatamente, mà ad tempus, vrinando ſangue viuo per lo più, & alle volte ſangue grumoſo, per la quale indiſpoſitione fù curato in Fano dall'Eccellentiſſimo Sign. Medico Ceſare Ceſareo, & indi da me quì in Peſaro, oue ſi portò, à poſta, dalli 15. di Febraro ſino al giorno d'hoggi, ch'anche perſiſto in curarlo; dopò hauer preſo varij, e diuerſi remedij indicati dal male, e con qualche frutto, mà non totale eſtintione del medeſimo, vltimamente à cauſa d'vn potente medicamento, da me ordinatoli per aſtergere, affine di venir alla conſolidatione de Reni, che ſupponeuo exulcerati, come ſi notificherà nel Diſcorſo ſudetto, incominciò nel primo giorno ſino al terzo ad vrinar torbido con copia di filamenti,

e gra-

e grauezza nel Reno destro, e nel terzo giorno, che proseguiua à prendere il sudetto medicamento, trasmise per Vrina vna buona libra, e meza di sangue, con gran copia di pezzi grumosi, e con alcuni pezzetti, che furono stimati parimente sangue congelato, à guisa di Vermi tondi, lunghi due, e tre dita per grossezza di color berettino oscuro, ch'hora ci rendono accorti, esser stati della natura di quello diremo di sotto, innocentemente trascurati; precedendo i medesimi escreti grumosi, & accompagnandoli dolori fierissimi, & insoffribili, accorgendosi egli sensibilissimamente del loro distaccamento dal reno destro, e del trapasso faceuano da quello alla vesica, & indi alla verga, quali espulsi, subito cessauano i dolori, & in vn medesimo tempo anche il sangue, ritornando l'vrina allo stato quasi naturale; mà però non cessò mai vna certa grauezza nel medesimo reno, che gl'indicaua nuoua, e maggior copia di materia esserui anche da espurgare, come in effetto verificossi nel quinto giorno, che tornò ad vrinar sangue in maggior copia

pia con altri pezzetti rotondi, come ſopra, che in tutti ſaranno ſtati da dieci, ò dodeci in circa, liberandoſi parimente, dopò traſmeſſi li ſudetti, da dolori, che furono più fieri, & atroci de' paſſati, à ſegno, ch'eſſo medeſimo, & i Padri tutti crederono foſſe al fine della vita, e lo tennero per ſpedito; onde poco doppo ſentì ritornarſi da morte in vita, mentre ceſſarono quei dolori, che per farli apprendere eſtremi, baſta dire, che il pouero Padre era tutto molle di ſudore di morte. Non affatto però ſi ſentì libero dalla grauezza del Reno, e vidde perſiſtere torbidezza maggiore nell'vrina, onde preſaggiua ſouente non potere andare in lungo il ritorno de' dolori, e del ſangue, come ſucceſſe à puntino; mentre la mattina ſeguente 4. Aprile ſudetto infieritiſi maggiormente i dolori, lo sbatterono al maggior ſegno per lo ſpatio di due in tre hore, e ſentì ſuellerſi ſenſibilmente dal Reno deſtro vna coſa lunga, e diſtenderſi fino al pube à guiſa, diceua egli, d'vna corda tirata, che non gli laſciò trouar poſa ne in piedi, ne à ſedere, ne in

letto,

letto, nè in altro sito, sempre strillando, agitandosi, & vrinando copia maggiore di sangue in due volte, del detto di sopra. Indi venendoli nuouo prurito di vrinare per la terza volta, sentì calarsi nella vesica quella, ch'egli chiamaua corda, staccatasi dal Reno con suo estremo tormento quasi vna mano gli hauesse suelto il Reno medesimo, che perciò diede vn salto all'improuiso con vn strillo acutissimo. Indi si mitigò il dolore, mà nel voler'vrinare, non potè fare, che alcune gocciole di sangue, con premiti grandissimi, e prurito insoffribile, tanto che vidde vscita fuori del meato vrinario vna cosa lunga tre dita in circa, e sottile, onde pigliandola vigorosamente da se stesso, e cercando generosamente suellerla, e tirarla fuori, non potè, e si trouò quel pezzetto nelle mani, con l'vrina totalmente soppressa, & i meati occlusi, sentendo pene di morte, le quali dopò vn'hora suanirono, mentre eccitatosi nuouo impulso dalla natura con vna buona copia di sangue venne fuori vna cosa lunga vn palmo, e due oncie Romane, restando egli lasso, & essangue,

gue, come ciaſcheduno può crederſi, mà ſenza dolore, ſenza peſo, e grauezza del Reno ſudetto, e ſenza oppreſſione alcuna; anzi poco dopò incominciò à ripigliare buon colore, vigore, & allegria tale, che ne fe restare ammirati gl'aſtanti, che godeuano vederlo fuori di tanta moleſtia, e trauaglio.

Io intanto che bramauo vedere, ſe il pezzo traſmeſſo per vrina, foſſe ſangue grumoſo, viſcoſità, ò membrana, richieſi dell'acqua chiara in vn catino, e dopò hauerlo ben bene aſterſo dal ſangue, oſſeruai, e viddi con ſtupore grãdiſſimo, eſſere vn'animale con teſta riferẽte la forma d'vna Viperetta, di color cinericio roſſeggiante, al quale aggiunto il pezzetto della coda, che prima gl'haueua troncato il Patiente nel volerlo tirar fuori da ſe ſteſſo, compariua la lunghezza, e groſſezza, che hà delineate con eſatta diligenza il Molto Reu. Padre Frà Gioſeppe da Burdeos Franceſe, Predicatore, e Pittore non volgare Capuccino alla preſenza de' Reuerendiſſimi Monſig. Vicario Gener. Abbate Gio: Franceſco Laurentij,

e Si-

e Sig. Archidiac. Carlo Stefano Arduini, Illustriſs. Sig. Co: Alfonſo Montani, & altri molti Signori di queſta Illuſtriſſima Città, che ſi portarono in buona parte à vedere queſta Moſtruoſità non più vdita, ch'io volſi ſtaſſe eſpoſta nell'acqua per due giorni continui, affine d'appagare la curioſità di tutti, eſſendo ſtato anche viſto da Monſig. Illuſtriſs., e Reuerendiſs. Grimaldi Gouernatore di Fano, e da altri Signori Caualieri Faneſi, venuti ſeco per contingenza; come anche dall'Illuſtriſſimi Signori, Sig. Conte Auditore Spinucci, Sig. Conte Lodouico Montani, Sig. Canonico Franceſco Maria Benedetti, & altri molti, che per breuità ſi tralaſciano.

Finalmente in preſenza de' primi ſopranominati Signori, e di molti altri, che aſſiſterono con i Padri Capuccini di Famiglia volſi aprirlo nella Libraria de' Padri medeſimi, prima ſi putrefaceſſe, hauendo voluto meco il perito Sig. Carl'Antonio Grana Chirurgo, & Anatomico, & vnitamente nell'aprirlo ci ſi fè incontro all'occhio vn pezzetto d'interiore vicino alla teſta, di parenchyma diffe-

rente

rente di quello costauano l'atre parti, che fù da noi, e dall'Astanti benissimo rauuisato per fegato del medesimo Animale, e con tutto che adoprassimo il microscopio pulicario per ben vedere, e distinguere gl'altri interiori, e particelle di essi, ci affaticassimo in vano, mentre altro nō scorgesimo, che alcuni piccioli filamenti, mà ben trouasimo sito capace per gl'intestini, hauendo il sudetto Signor Grana intromesso vn sottil specillo alla lūghezza della grossezza del dito auricolare della mano, onde congetturasimo, che la lunga dimora fatta nell'acqua ci hauesse tolta l'occasione di vedere distintamente gl'interiori. E questa vista à punto fè confermarmi nell'opinione, non essere questi altrimente Verme generato nel Reno, come quei, che riferisce lo Schenchio *lib.3.obser.med.de Renib.*, mà ben sì vna specie di Serpentino, mentre haueua la testa totalmente differente da' Vermi, e gl'interiori, come si è detto di sopra. Se poi ciò sia possibile farsi nel corpo vmano, se doue sia stato generato, e da qual materia prodotto, esplicarò i miei sensi nel

discor-

discorso, che preparo, bastando di presente quanto hò narrato per appagare la curiosità di molti, e dar'adito a' Virtuosi da specular meco questo nuouo Prodigio della Natura, baciando à V. S. Illustrissima humilissimamente le sacre vesti, e ratificandomi sempre qual sono, e sarò in eterno.

Di V.S. Illustriss. e Reuerendiss.

Di Casa à di 8. Aprile 1677.

Humilissimo, e Deuotissimo
Seruitor'Obligatissimo


Alessandro Cocci Protomedico.

DIS-



DISSERTATIO
Philosophico-Medica.





VAMQVAM omnis cognitio cũ summo Romanæ eloquentiæ *a* Parente multis est obstructa difficultatibus, eaque est & in ipsis rebus obscuritas, & in iudicijs nostris infirmitas, vt non sine causa vel viri doctissimi inuenire se posse quod cuperent diffisi sint: tamen nec isti defecerunt, neque nos in hoc monstrosæ rei per vrinam excretæ

Dissertationis introductio.

A ca-

a 4.Acad.quæst.

casu studium exquirendi defatigati relinquemus, neque nostra hæc Dissertatio quidpiam aliud agit, nisi vt in varias de eadem re exponendo, & examinando sententias, eliciat, & tanquam exprimat aliquid, quod aut verum sit, aut ad id quam proximè accedat.

Cum verò multa huius monstrosæ rei (serpentis paruæ viperæ similis in relatione appellatæ) nequaquam satis explicata sint, hoc etiam nomine perdifficilis primùm, ac perobscura quæstio esset de serpente, an hic in corpore humano potuerit generari? in quâ corporis parte procreatus fuerit? & ex qua materie productus? quemadmodum expedire, atque dilucidare

his

his epiſtolæ ſuæ verbis Cl. Coccius promittit. [*Queſta viſta à punto ſè confermarmi nell' opinione non eſſer queſti altrimente verme, &c. Mà bensì vna ſpecie di ſerpentino mentre, &c. Se ciò ſia poſſibile farſi nel corpo vmano, ſe doue ſia ſtato generato, e da qual materia prodotto, eſplicarò i miei ſenſi nel diſcorſo, che preparo*] De qua quidem vel generatim ſumpta, quæſtione (an ſcilicet in corpore noſtro produci poſſint ſerpentes) tam variæ ſunt doctiſſimorum hominum, tàmque diſcrepantes ſententiæ, vt in hac ſingulari non parui momenti (quod deeſt) arguméto eſſet rem ſerpentem nuncupatam, ſine vlla controuerſia verum fuiſſe

serpentē, prudenterque non solū à rebus falsis, sed & ab incertis cohiberetur assensio: quid est enim temeritate fortius? (scriptum reliquit *b* Orator) aut quid tàm temerarium, tàmque indignum sapientis grauitate, atque constantiâ, quàm aut falsum sentire, aut, quod non satis exploratè perceptum sit, & cognitum sine vlla dubitatione defendere? velut ad vnguem in præfata quæstione rem, quam Cl. Coccius serpentem fuisse dixit, sanguinis grumum vir quidam doctissimus autumauit, non hunc, nec vllum animal, sed Polypum ad vreteris figuram expressum opinati sunt alij, Vermem nos, quod magis verisimile cre-

b Lib. 1. de nat. Deor.

credimus, iudicamus.

Has nobis molestum non erit examinare sententias; sed quæ sit earũ vera, dictu non admodùm erit promptum, tùm quòd rem monstrosam, excretam per vrinam, non vidimus (verùm ab alijs tantùm visam accepimus) tùm quia nec inspectoribus concessum fuit ea omnia contueri, ac expendere, quæ ad hanc comprobandam veritatem necessaria existimantur.

Attamen cum nequè simus ij, quibus nihil verum esse videatur, sed ij, qui multa esse probabilia dicamus, memores quoquè illius c Pauli: in obscuris inspiciendum esse quid verosimilius, vel quid plerunque

c S.Diuers. reg.vir. t.14.

fieri soleat, ponemus in medio quid aliàs de rebus in corpore humano (iuxta enumeratas opiniones) inuentum fuit, aut ab eodem expulsum, cuique ex istis in nonnullis (quæ partim ex depictâ mõstrosæ rei figurâ partim ex obseruationis relatione innotescũt) res dicta magis assimilabitur, illud probabilius rem eamdem fuisse fatebimur: in harum posteà sententiarum examine vocãtur omnes, qui quoque quid sit verosimilius iudicent, aut, quid profectò sit verum, si possibile erit, inueniant.

Itaque libet nobis sub initio exclamare, Deum immortalem, quid in humano corpore construi mirum in modum non potest! hîc sæpissi-

pissimè lapides coalescere: hîc exundare aquas: hîc sibilare ventos: hinc ignitos spiritus interdum abire miramur in flammas; Et (vt propè innumera paucis cõplectamur) diuersa nõ rarò, atque monstrosa animalia, plantas, venena in hoc microcosmo, non aliter quàm in maiori mundo, procreari nil dubium est. Quãobrem non immeritò si rem, de qua agitur, quidam sanguinis Grumum, alij Polypum, serpentem Cl. Coccius appellauit, nos fuisse Vermem opinati sumus, cum hæc quoque non semel in humano corpore reperta sint, vel ab eodem excreta.

Quid igitur res hæc per vrinam emissa fuerit seriò ponderaturi Philosophi ha- Ordo dicendorũ, & partitio.

bitum paulisper induemus, ac expositis prius, vt annuimus, varijs rebus pro hac portétosâ habitis prædictas examinabimus opiniones, quarum illà de Polypo quoque, non improbabili explosâ, nostram de Verme probabiliorem aperiemus: hanc, si hallucinati fuerimus (quemadmodum facilè contingere solet cum de rebus eiusmodi obscuris, & arduis differitur, multisque coniecturis nitendum est) veniam simul à doctis viris, ac subsidium, regiãque viam obnixè petentes pro conseruatione veritatis euestigiò penitusuè euertere non erubescemus.

Prima opinio, quæ prodibit in arenam illius erit, qui rem hanc monstrosam

fuisse

fuisse sanguinis grumũ opinatus est. Secunda illorum, qui Polypum eandem existimarunt. Tertia Cl. Coccij, qui serpentem rem prædictam appellauit. Quarta nostra, qui Vermem probabiliùs rem istam fuisse iudidicamus. De huius generatione in corpore nostro breuiter postremò quid examinandum videbitur, disquiretur.

De sanguinis grumo Medici ferè omnes loquuntur, ac vno ore hunc in corpore humano (quamuis multoties funestum) & produci, & reperiri fatentur.

Sanguinis grumum per vrinam excretũ memorant præsertim *d* Hippocrates, *e* Galen. *f* Fernelius, Manardus, Grumorum sanguinis in corpore humano exempla pro prima opinione,

d 4. Aph. 80. *e* 6. de loc. aff. 4. *f* 6. de part. m. c. 13.

dus, *g h* Hollerius, *i* Duretus, *k* Foreſtus, *l* Schĕckius, *m* Zacutus, *n* Riolanus, *o* Marcellus Malpighius, *p* L. Chriſtiadus Fridericus Garmannus.

Eundem grumum in vijs vrinarijs repertum *q* Carolus Raygerus, alterũ iſchuriam producentem *r* Balthaſar Timæus, vermiformem ex eodẽ loco reiectum *ſ* Daniel Vvinclerus obſeruarunt.

Non minus lethales quandoque, quàm ſanguinis grumus effectus imprimit corpori noſtro concrementum alterum hodie ab omnibus penè Medicis Polypus appellatum

latum

g Epiſt. med. 8. *h* L. 1. de morb. c. 52. *i* Enarr. ad loc. cit. k Lib. 24. obſ. 24. *l* L. 3. obſ. med. de ſ. m. *m* Lib. 2. prax. adm. obſ. 74. *n* Lib. 2. encheirid. anat. path. *o* Lib. de ren. c. 4. *p* Eph. Phiſ. med. Germ. obſ. 81. anni 6. *q* Eph. cit. obſeru. 285. ann. 3. *r* In caſ. med. pag. 180. *ſ* Miſcell. dict. obſ. 56. an. 6.

latum, quod morbos etiam funestissimos concomitatur, vt nō rarò in subitò demortuis, dissectis cadaueribus, obseruatur.

Polypum hunc (præter vulgatum illum, & verum, qui spectari solet in naribus) in capite coalescere anatomica nonnullorū apoplecticorum docuit inspectio.

Polyporū exempla pro secunda opinione

In sinu cerebri falcato huius polypi reperti figuram Thomæ Bàrthol. *a* Ioël Langellottus transmisit.

In ipsissima humani corporis regia eundem specialissimè manifestatum(quemadmodū centies amicus intimus Iohannes Maria Lancisius ostendit) præclarissimi quâ anatomes, quâ me-

a Lib.3.anat.hist.17.

dicinæ professores (vt refert *u* Hermannus Conringius depinxerunt *x* Vesalius, *z* Bahuinus, *a* Beniuenius, *b* Riolanus, *c* Tulpius, *d* Neretus Neretius, *e* Thomas Erastus *f* M.A. Seuerinus.

Ex nostris recentioribus *g* Marcellus Malpighius, *h* Th. Vvillis, *i* Th. Bartholinus, *k* Antonius de Pozzis & nuperrimè ita *l* Gerard. Blasius testatur: cordis de polypo varij varia. In viro 30. annorum vasa cordis omnia eo obsessa inueni, variæ hic figuræ, varièque diuisus, sic

vt

u Lib. de cal. innat. c. 12. *x* Lib. 1. de corp. fabr. c. 5. *z* Lib. 2. theatr. anat. c. 20. *a* De abd. c. 27. *b* Lib. 3. anthropogr. c. 12. *c* Lib. 1. obs. 27. *d* Leg. in Schenck. *e* 4. part. contr. Paracels. *f* L. 4. de abscess. *g* L. de polyp. cord. *h* De aff. hyst. p. 640. *i* Hist. anat. 17. l. 3. *k* Missell. Germ. ann. 4. obs. 36. *l* Obs. pract. tab. 15. f. 1. 2. 3.

vt tres eius distinctæ partes se se exiberent.

Dexteræ cordis auriculæ annatũ insignem polypum, in ipsam dextri ventriculi capacitatem productum, & alterũ in aortâ à Michele Kirstenio obseruatum laudatus *m* Bartholinus describit.

In vtroque cordis ventriculo rustici cuiusdam ex pugno pectori inflicto mortui polypum vncias quatuor ad minimùm ponderantem *n* Martinus Bogdanus inuenit.

In Anatomia publica Parisijs demonstratũ polypum alterum vtriusque cordis sinus cuiusdã viri lentâ morte (respiratione, sensim, ac sensim sine causa manifesta defi-

m Hist. cit. *n* Epist. Barth. 11. cap. 4.

deficiente) extincti, situm propè valuulas,& orificium cordis obtinentē vidit *o* Zacharias Mannagetta.

Aperuit cadauer verminosi hominis *p* Casparus Bartholinus Th. fil. cuius vterque cordis ventriculus polypis ingentis magnitudinis obsitus erat, qui non solùm totam ventriculorum cauitatem replebant, sed etiam vbique in vasa pulmonum, & brachiorum ex corde exeuntes elongabantur.

Anno superiori 1677. ingentem, atque monstrosum polypum caudis, & appendicibus in venam cauam, venam coronariam, & venam pulmonicā summoperè crassis ad caput vsque suis

cum

o Miscell. Ger. ann. 1. obs. 31. *p* Lib. 3. act. med. B. obs. 56.

cum ramificationibus propagatis hospitantem in dextro cordis sinu dissecti cadaueris Illustrissimi Ascanij de Vbaldis præsente Malpighio prosector detexit: huius color in partibus substãtiæ cordis, necnon venarum tunicis adhærentibus cinereus erat, reliquus verò nigricans. In sinistro ventriculo polypum alterum non adeò consistentem, at nigrũ idem prosector inuenit.

Hoc anno Romæ à dignissimo in Archigymnasio Anatomię Professore Paulo Manfredo cor humanũ miræ magnitudinis monstratũ fuit, cuius dextro sinu valdè turgido aperto, maximus polypus internis eiusdem parietibus tenaciter adhærens fuit inuentus suis radi-

cibus

cibus per totam arteriam pulmonicam, & venam cauam extensus, qui libram vnam cũ dimidia pendebat.

Bononiæ hoc eodem anno dissecto cadauere Eminẽtissimi Bonacursij in vtroque cordis ventriculo duo insignes polypi fuerunt reperti, quorum ille sinistri sinus ità arteriæ iugulari affigebatur, vt eam penitùs obstrueret.

Ipse quoque non simplici vice vidi alias crassæ, tenacisque materiei, gelatinæ, seu glutini in cruore (præsertim pleuriticorum) non absimilis concretiones in corde, cordisque vasis, quas hodie plerique plenis buccis veros polypos esse deprædicant, quasuè tantùm pro pseudo polypis Theod. Kerckrin-

ckringius *q* cognouit.

Easdem hoc anno ex intestinis Iosephi Zattelli (quem dysſenteriâ ſiniſtri renis vlceri ſuperueniente laborantem vna cum amico Lanciſio curabam 4. palmos longas excretas obſeruaui.

Hunc polypum vulgi in vaſis vteri repertũ referunt *r* Matth. Paiſenius.* & Graaf

In vaſis iliacis eiuſmodi vitia viſa fuiſſe teſtis eſt *ſ* Bartholinus.

In renum pelui concremẽtum idem ex eadem materiei neceſſitate (vt in prædictis partibus) fieri poſſe (quemadmodum in his doctores noſtri calculorum, vermiumque generationem nullo modo negandam eſſe cen-

q Obſ.73. *r* Miſcel. Ger. an 5. obſ. 139. *9. de mul. org. *ſ* Cent. 3. hiſtor. anat.

censent) ipse nunquam negabo.

Mixta quoque animata praeternaturã particularem in corpore humano fuisse genita, vel ab eodem excreta vetusta res est.

Inter multa huiuscemodi farinae praeternaturalia serpentes ad rem nostram, atque his non absimiles animantes & visos, & numeratos esse neque nouum, neque inauditum; memoratu licet dignissimum, horrendumque videatur † Herculi Saxoniae quod in Pannonia contigisse narrabant: natas videlicet passim in corporibus humanis viperas, & lacertas, quae mille hominum in dies post cruciatus acerbissimos (nullâ Medicorum arte

Serpentũ, & lacertorũ exempla pro tertia opinione.

† Lib. de Pl. Pol. in Praefat. & alib.

arte, vel industriâ succurrente) interficerent.

De serpente bifido,& flagelloso in sinistro cordis vẽtriculo Anglici iuuenis obseruato legitur histor.apud *u* Zacutum Lusitanum,*x* Petrum Seruium, *z* Gothofr. Moebium, & alios.

In ventriculo cuiusdam adolescentis serpentem magnum natum fuisse (vti refert *a* Gregorius Hostius *b* Melchior Sebizius probauit.

De quodam Stanislao narrat *c* Manilius qui ex duobus serpẽtibus in ventriculo genitis (nullo remedio opitulante) mortuus est.

Serpentes alios, & lacertos

u Lib.1.prax adm.obs.140. *x* L.De vng.arm. *z* Fund. med. de vs. cord. *a* L.11.epist.Miscell. *b* Discurs. de casu &c. *c* Lib.exper.

tos in hominum ventriculo procreatos *d* Schenckius, & *e* Sennertus notarunt.

Salamandram, atque Lacertas duas viuas ex ore reiectas laudatus *f* Hostius memorat.

Duas alias Lacertas ex corpore cuiusdam quæstoris extrusas fuisse, (vnam per vomitum, & alteram per aluum non extrinsecùs irreptas, sed intùs productas) scribit *g* Christophorus Roeslerus. Alias duas per secessum prolapsas *h* Cornelius Gemma.

Animal viuum cubiti longitudine fœtus instar nouẽ mensibus gestatum, pollice crassius, anguillæ simillimũ puellam 15. annorum natam

per

d L.3.obs.19. *e* L.3.pract.p.p.s.p.c.15. *f* L.cit. obs.12. *g* Obs.311. Miscell. Germ.ann.3. *h* L.1. cosm.c.6.

per sedem excreuisse idem auctor *i* enarrat.


De alijs Lacertis viuis, & mortuis per os Ancillæ cuiusdam exclusis vulgatum exemplum affert k Henricus Vollgnadus.

Ab alia Ancilla duo animalia Salamandras referentia vomitu excreta *l* Borellus, reiectos serpentes *m* Tilingius, obseruarunt.

Rustici puellam trium annorū spacio Lacertos in ventre aluisse non sine torminibus ingentibus, hos tandem euomuisse ex schedis M. Iohānis Brochmanni excerpsit *n* Th Bartholinus.

In Longobardarum fœminarum vtero lacertas, & id

i L.2.c.2. k Obs.103. Miscell. Germ. ann.1. *l* Cent.1 obs.23. *m* Sect.2. de tub. vter. *n* Cent.5. anat. histor.94.



id generis animalia passim concrescere, inquit *o* Aldrouandus.

In earum vtero nasci serpentes antiquitùs decantatum: ac de muliere Romæ serpentem enixa testes fuerunt *p* Appianus Alexandrinus, *q* & Plinius.

Mulierem Tridentinam etiam Romæ serpentes instar globuli inuolutos peperisse refert *r* Tralianus.

Alteram mulierem in Hetruria viuum serpentem in profluentem deiectum aduersâ aquà natantem partu edidisse nobis reliquerunt *ſ* Scriptores.

Vxorem cuiusdam Baiuli filiolum vna cum duobus ser-

o L.6.de insect. *p* Lib.1.de bel.ciuil. *q* L.7.hist.c.3. *r* Lib.de mirab. *ſ* apud Schenck.lib.4.obs.230.

serpentibus in lucem protulisse litteris demandauit *t* Bahuinus.

De Muliere fœtum mortuum enixa dorso affixum serpentem gestantem, scribit Lycosthenes referente *u* Paræo.

Idem *x* Lycosthenes de altera muliere memorię reliquit, quæ pro infante veram viperam peperit: hoc idem tradidit *z* Sabellicus.

Nicolaus Fontanus retulit *a* Zacuto Lusitano de fœmina quadam, quæ per vterum globũ rotundum excreuit tenuissimâ membranâ albâ conuolutum, ex quo disrupto duo animalia longa anguillarum formâ exiere

t Append. de part. cæs. *u* L.19. de inf. variol. c.3. *x* Lib. de prod. & ost. *z* Lib.3. *a* Lib.2. prax. adm. obs. 149

re viua, quæ post duas horas per domum repere visa fuerunt.

Ex nobili puella, diris cruciatibus mortua, à Chirurgis incogniti morbi, mortisque causam perscrutantibus, inciso ventre, serpentes duos ex *b* Gesnero legimus prodijsse.

De serpente viuo è corpore pauperculæ viduæ reiecto in gyrum circumuoluto, & posteà se in altum vibrãte historiã edidit *c* Ioh. Christianus Frommannus.

De quodam pauperculo sutore historiam narrat *d* Carolus Raygerus, qui per multos annos horribiles in corpore sensit cruciatus, mul-

b Lib. de quadr. ouip. *c* Obs. 190. eph. Germ. ann 6. *d* Miscell. Germ. ann. 6. obs. 215.

multa adhibuit, sed omnia frustrà, tormentorum tandem impatiens arrepto cultro suo sutorio locum dolentem infra ventriculum, altè sibi aperturus, vulnus satis magnum inflixit, vnde mortuus; impositum sarcophago, operculo probè tecto fortè superuènit quidã contemplaturus vulnus, & virum extinctum: ecce remoto operculo serpentem cum stupore egressum è vulnere obseruat brachij longitudine, & duorum digitorum crassum, & quatriduum superuiuentem.

Draconem alatum per vrinas excretum (quemadmodum exponit Rondeletius) se vidisse testatur *e* Argenterius.

B Ephe-

e Lib. de cogn. morb. c. 17.

Ephebum quendam Athenis serpentem multo cum semine eiecisse (sicut prodidit *f* Plutarchus) habemus in *g* Galeno.

De anguibus exiguis, qui in regionum orientalium incolis in corporis ambitu nascuntur apud *h* Sennertum mentionem faciunt laudatus Plutarchus, P. Ægineta, Diodorus, & Strabo.

Ex mulierum capillis quoque produci serpentes ex Auicenna recitat *i* Rhodiginus.

Ex capillis fœminarum menstruatarũ in specie serpentes fieri monet k à Porta.

Ex hominis medulla spinali

f 8. Symp. prob. 9. *g* Primo de loc. aff. *h* 1. hypomn. phys. c. 8. *i* Lib. 2. c. 11. *k* Lib. 2. mag. nat.

nali ſerpentes naſci ex alijs tradit *l* Plinius.

Angues ex medulla humani cadaueris etiam oriri *m* Plutarchus probare conatur: ita eſſe *n* Iſidorus, & *o* Lemnius fatentur.

Hoc idem viuo ſepulti iuuenis famoſiſſimi exemplo *p* Camerarius illuſtrat.

De quodam feretrum plumbeum vndique ferruminatum reſerante percuſſo ab incluſo, natoque ſerpente ſermonem facit *q* Paræus.

Hunc ortum naturaliter fieri manifeſtant nonnulli, qui ante obitum ſerpentum cadauera olfecerunt. Quare non eſſe prodigioſum ex humano cadauere ſerpentes

l Lib.10.hiſt.66. *m* In cleom. *n* L.2. c.4. *o* Lib.4.de occult.c.12. *p* Cent.p. c.11. *q* Lib.24.c.20.

oriri [r] Aldrouandus quoque concludit.

Vermes frequentiùs in humano corpore non ſano præter particularem naturæ inſtitutum producuntur, atque non rarò ex eodem quoque propelli cōſpiciuntur.

Animalia hæc non tantùm in inteſtinis (vt placitum eſt nonnullis) ſed & in alijs omnibus penè corporis partibus (quas candidi Lectoris bona cum venia breuiter enūmerabo) procreata ſunt.

Vermiū exempla pro quarta opinione.

De vermibus in capillis genitis agit præſertim [f] Foreſtus.

Hos in capitis cute lethargici iuuenis natos D. Io. Angelus Maffæus, in fronte cuiuſdam mulieris D. Gregorius

gorius

[r] Hiſtor. ſerp. pag. 16. [f] Lib. 8. obſ. 9.

gorius Roscius se vidisse nobis communicarunt.

In capitis anteriori parte ad radicem nasi ex Indorum relatione narrat *t* Auicennas.

De verme ex oculorum palpebris extracto testis est *u* Simon Schultzius.

Alios ex oculis erupisse vermes apud *x* Sennertum, & *z* Amatum Lusitanum legimus obseruatum.

In naribus repertos tradiderunt *a* Tulpius, *b* Forestus, & *c* Fernelius, quos haud è cerebro (vt crediderunt multi) sed in nasi lacunis & productos, & enutritos *d* Riolanus pariter existimauit.

Hos

t Fen.1. lib.3. tr.2. c.3. *u* Obser.24. Miscell.Germ.ann.2. *x* Lib.1.pract. p.3.s.2. *z* Cent.7.c.63. *a* Lib.4. obs. c.11. *b* Lib.21.obser.26. *c* 6.de part. m.10. *d* Encherid.pag.301.

Hos in nasi poris *e* Borellus detexit: vnde rationem dari cur adsit pruritus insignis nasi in infantibus, qui vermibus laborant, scripsit *f* Phil. Iacob. Sacksius.

Per nares vermes excretos affimant se vidisse *g* Ronsæus, *h* Trincauellius, *i* Hollerius, k Zacutus, *l* Ioh. Ferdinandus Hertodius, *m* Antonius de Pozzis.

Per eandem viam in puero 4. annorum vermem spithamę longitudine ab astantibus extractum Ioh. Frid. Treublerū cōspexisse *n* Th. Bartholinus annotauit.

Ex nare dextra vermem pal-

e Obser. 30. *f* Miscell. Germ. ann. 1. *g* Epist. 10. *h* L. 9. de curand. rat. c. 11. *i* L. pr. de morb. int. k Lib. 2. P. ad m. obs. 42. *l* Obs. 147. Miscell. d. ann. 2. *m* Obs. 37. eph. Germ. an. 4. *n* Cent. 5. hist. anat. 20.

palmo longiorem prodijſſe vidit *o* Beniuenius.

Similem ipſe anno 1667. in Tuſculana puella Piſani Familia (quam curabam) ex eadem nare proruptum obſeruaui.

In auribus, & ex auribus viſos vermes memoriâ prodiderunt *p* Auicennas, *q* Trallianus, *r* Foreſtus, *ſ* Tarantanus, *t* Fernelius, *u* Hollerius, *x* Amatus, & *z* Zacutus Luſit. *a* Sennertus, *b* Riolanus, *c* Panarolus, *d* Bened. Syluaticus, *e* Kerckringius, *f* Raygerus, *g* Schulztius, *h* Volchamerus.

o De abd. c.100. *p* 4.3.trat.p. c.2.3. *q* Lib.3.c.7. *r* Lib.12.obſ.8. *ſ* L.4.c.28 in ſuo phil. *t* Lib.10.part.ſympt. *u* Perich.97. *x* Cent.7. cur.63. *z* P. adm. L.1.obſ.68. *a* L.1.pract.p.3.ſ.3. *b* Encheir.anat.pag.291. *c* Pent.4.obſ.27. *d* Cent.2.reſp.19. *e* Obſ.43: *f* Obſ.5. Miſcell.Ger.ann.4. *g* Obſ.24.ann.2. *h* Obſ.147. ad ann.2.f.232.

Rusticæ fœminæ sæpè doluisse caput, dolore totiens remisso, quotiens vermes caudâ bifidâ per aures exierant, tradit *i* Bartholinus.

In Terra Campagnani anno 1674. ex auribus apoplectici iuuenis Iohannis à sæculo nomine vermes non paruos, statim cessante morbo, proiectos aspeximus.

In dentibus, ac intra dentium cauitates natos vermes memorant *k* Alzaharauius, *l* Fernelius, *m* Forestus, *n* Riuerius, *o* Riolanus, *p* Bartholinus.

Intra eosdem apoplexiæ causam vermes inuètos notat *q* Zacutus Lusitanus.

Sub

i Cent. 6. hist. 3. *k* Tract. 7. pract. c. 4. *l* Lib. 6. de morb. c. 10 *m* Lib. 14. obs. de dent. *n* Prax. med. pag. 92. *o* Encheir. pag. 308. *p* Cent. 3. histor. 96. *q* L. 2. Pr. adm. obs. 42.

Sub lingua nati vermes apud *r* Hieronymum Montuum leguntur.

Vermes ſub cranio productos oſtendit *ſ* Foreſtus.

Circa colaturam naſi propè cerebrũ docet *t* Alſarius Crucius.

Circa cerebri ſubſtantiã, inter, & ſupra meninges viderunt vermes *u* Beniuenius, *x* Tarantanus, *z* Paræus, *a* Foreſtus, & alij, quos collegit *b* Sennertus.

Hos in ipſo cerebro generatos Holleriũ ſcripſiſſe, refert *c* Duretus, atque ſe vnum vidiſſe in filia cuiuſdam Medici in eius cerebro natum, & poſt mortem inuentum.

r Morb. t.4.c.29. *ſ* L.7.chyr. obſ.10. *t* Cent.3. cap.3. *u* De abdit. c.100. *x* Lib.4.c.30. *z* L.9.c.20. *a* L.9.obſ.2. *b* Prax.1.p.p.c.18. *c* Enar.ad Holl.c.1.

In eodem vermes alios procreatos esse testes habemus *d* Forestum, *e* Bartholinum, & *f* Cornelium.

De alijs cerebri vermibus, ac de vno admirando in cerebello tabidæ puellæ Parisiensis ab interitu reperto post horas adhuc viuente, legitur apud *g* Bernardum Verzascham.

Ex spina dorsi vermem capite nigricante, cinericio colore, prolapsum narrat *h* Iohannes Pilas.

Ex mammis vermes profilijsse scribit *i* Ronssæus.

In aspera arteria genitos esse vermes, suoque motu excitasse tussim *k* Auenzoar est auctor, & *l* Alzaharauius.

In

d In schol. loc. cit. *e* Cent. 1. hist. 64. *g* Cent. 1. obs. 6. *h* Obs. 109. eph. Ger. ann. 2. *i* Miscell. epi. 10. *k* Tract. 11. cap. 3. *l* Cap. de tussi.

In pulmonibus sunt testes *m* Fernelius, & *n* Consentinus, hos quoque in eisdem contentos tussis causā fuisse testatur *o* Mundella, scribitque *p* Iohannes Serrarius.

Ex pulmonibus, & pectore vermes eiectos esse dixerunt *q* Beniuenius, & *r* Fernelius, ex quibus partibus nō vnius figuræ vermes alios excretos esse, & id obseruatum à multis, *s* Sennertus refert, & apud *t* Schenckiū annotatum est.

Vermes per tussim excretos narrat *u* Zacutus, qui per 40. dies in puella causauerant aphoniam.

Virum religiosum cogno-

m 6. de part. morb. c. 10. *n* Progymn. 6. *o* Dialog. 6. *p* Præfat. obs. capit. *q* De abdit. c. 77. *r* De part. m. 10. *s* Prax. l. 2. p. 2. c. 10. *t* Lib. 2. obs. 51. *u* Lib. 2. P. adm. obs. 43.

uit *x* Olaus Borrichius, qui ex abſceſſu pectoris laborans, præter varia pulmonis corrupti fruſta, vnum inter cætera per os reiecit, in quo attentè conſiderato vermis tredecim annulorũ, capite nigro, & compreſſo, corpore rotundo, & duro, caudâque acutâ deprehenſus fuit.

Intra pericardium genitos vermes, cor tandem erodere certum eſt apud *z* Riolanum. In hoc viſorum vermium hiſtorias (vt ſcribit *a* Sennertus) *b* Schenckius collegit.

In corde ipſo vermes procreatos, aut repertos eſſe in ſcriptis reliquerunt *c* Schenckius

x Lib.4.act.m.Barth.obſ.46. *z* Ench. lib.3.c.4. *a* Prax.l.2.p.4.c.2. *b* Obſ. lib.2. *c* Lib.2.obſ. de cord.

ckius filius, & *d* Zacutus Lusitan. Viderunt *e* Ioh Daniel Horstius, & *f* Thomas Cornelius.

In cordis ventriculis, pestilenti febre grassante, vermes ab alijs conspectos esse tradidit *g* Vidus Vidius.

Cõfluentiæ interijsse puerum, scribit *h* Horstius, in cuius corde vermis alatus inuentus fuit à verme.

Memorabilis est historia Angli cuiusdam, inquit *i* Riolanus, cui cor erosum fuit à verme.

Idem auctor k absurdum non existimat intra cordis ventriculos repertos vermes esse, qui intra venam cauam generati, eò peruenere. In

d Lib. 1. P. adm. obser. 139. *e* Lib. de morb. *f* Progymn. 6. *g* Lib. de cond. morb. *h* In obser. cord. *i* Lib. 3. Encheir. cap. 8. k Ibid. pag. 207.

In eiusdem venæ inferioris trunco (notante *l* Rhodio , vermes Spigelius inuenit .

In sanguinis massa vermes procreatos docet laudatus *m* Riolanus , quos venâ sectâ effluxisse obseruauit.

Historias de vermibus per vulnera venarum elapsis non semel se legisse scripsit *n* Phil. Iac. Sacksius .

Hos pariter visos venâ sectâ annotarunt *o* Petrus à Castro , *p* Petrus Borellus , *q* Ath. Kircherus, *r* Tho. Bartholinus, *s* Franciscus Piëns, *t* Th. Cornelius .

Vermem viuum sectâ brachij

l Cent.3. obser.61. *m* Lib:2. Encheir. cap.27. *n* Eph. Germ. ann.1. obs.50. *o* Lib. de feb. pet. c.1. §.15. *p* Cent.3. obser.40. *q* Lib. de pest. p.p. §.1. &c. *r* Cent.6. hist.29. *s* Lib.1. de feb. c.5. *t* Progym.6.

chij venà palmi longitudine vnà cum sanguine egressum fuisse testem habemus *u* Renodæum.

Alterum cuidam ex Normania ex vena pariter erupisse *x* Sacksius commemorauit.

Simillimum ex externa malleoli vena secta (ob immanem quatuor annis ferè coxæ dolorem prosilijsse vidit *z* Zacutus Lusitanus.

In medio gulæ repertum vermem viuum recitat *a* Bartholinus.

In ventriculo (quidquid in contrarium afferant *b* Gabucinus, *c* Brillus, *d* Vallesius, *e* & Altimarus) genitos

u Pharm. lib. 3. c. 33. *x* Ocean. Macr. §. 139. *z* Lib. 3. Prax. adm. obser. 99. *a* Epist. med. c. 3. *b* Lib. de Verm. 8. *c* Tract. pecul. *d* Com. in 4. meteor. c. 3. *e* De med. morb. c. 3 1.

tos esse vermes, ac extra controuersiam in eadem inuentos docent auctores quãplures *f* Beniuenius præsertim, *g* Dodonæus, *h* Schenckius, *i* Trallianus, k Marcellus Donatus, *l* Forestus, *m* Amatus, *n* Sẽnertus *o* Schultzius *p* Bartholinus, & alij ab eodem *q* relati.

Saxonia *r* curauit aperiri pueri mortui ventriculum, vbi inuenit trigintatres vermes omnes dodrõtales, omnes viuos sinistro ori adeò tenaciter inhærentes, vt vix euelli possent.

Per os excretos vermes ante alios narrauit *f* Hippocrates,

f De abd. c.38. *g* In annot. ad Ben. *h* Obs. l.3. *i* L.7. med. c.4. k 4. hist. 26. *l* Obs. l. 18. *m* Cent. 1. cur. 6. *n* Pract. lib. 3. p. p. *o* Obs. 258. Eph. Germ. an. 3. *p* Epist. cent. 3. *q* L.4. hist. 26. *r* Præl. p.2. c.7.

crates, & pluries hos viuos quamplures ex ore Tusculanæ mulieris vxoris Iosephi Galoppi, post acerbissimos ventriculi dolores, prorupisse conspexi.

Per vomitum vermes alios viderunt *t* Hollerius, *u* Forestus, *x* Benningerus, *z* Vvillisius, & *a* Bartholinus, qui narrat de mulieris Helsingoranæ vomitu frequenti nausea visis lacticinijs intentato, quo prodijt vermis longior rubra vt videbatur lingua.

Idem *b* de multis, qui, (dum grassabantur quædam febres malignæ petechiales) de ventriculi dolore cõquerebantur, & concitato vomitu

f Lib.4. de m.pop. *t* Lib.2.m.cap.54. *u* Lib.21.obs.26. *x* Cent.4. obser.7. *z* Lib. de feb.c.11. *a* Cent.1.hist.47. *b* Cent.6. histor.29.

mitu vermes spithamam longos euomebant.

De honesta fœmina *c* Christianus Franciscus Paulinus tradit, quæ dum, elapso post partum octiduo, varia, & insolita patiebatur symptomata, post alia medicamẽta sumpsit emeticum, à quo per biduũ, vel mille vermes diuersi coloris euomuit.

Scripsit ad *d* Horstiũ Sebastianus Stromaier puerũ nouem annorum ex vsu c.c. vsti vesicam iuglandis modo per vomitum eiecisse, quam dum aperuit, vermem teretem & longum sua longitudine dimidiam vlnam superantem inuènit.

Vermem adhùc viuum miræ longitudinis, & crassitudinis

c Obs.234.eph.Germ.an.6. *d* Lib.11. Miscell. obser.12.

tudinis per os nobilis mulieris vomitione prolecta prorupisse memorat *e* Quercetanus.

De quadam egregia virgine 13. annos nata proditur à *f* Sebastiano Scheffero, quæ cum varijs symptomatibus laboraret, & morbus catalepseos speciem ostenderet, tribusque idiomatibus peregrinis absque hæsitatione loqueretur, post multorum alexipharmacorum vsum vermem magnæ, mirandæque formæ ore exclusit, & omnia symptomata desierunt.

Vermes alios monstrosos valdè per eandem viam exclusos *g* Beniuenius, *h* Lemnius,

e Pharm.rest.c.16. *f* Analect.ad eph. Ger.in ann.4.ad præced. *g* L.de abd. c.2. *h* 2.De occult. nat.mir. cap.40.

nius, & *i* Paræus obseruarunt.

In intestinis, innumeri penè sunt auctores, qui vermes & multos, & magnos, & mõstrosos, & miros procreatos, atque ex eisdem excretos esse dictarunt.

Mira de quibusdam vermibus per aluũ expulsis.

E corpore pueri quinque annorum vermes expulsos vna vice 30. sequentibus diebus supra 40. brachiorum, pedumque contracturę caussam cornutos omnes cum rostro acuto scribit *k* Melchior Fribe.

Alter puer apud *l* Amatum vermes 300. iustæ magnitudinis egessit.

Senem 82. annorum vermes plures quingentis excre-

i Lib.24. cap.19. **k** Obs.63. Miscell. Germ.ann.3. *l* Cent.6. cur.3.

creuisse ex Musa refert *m* Forestus.

Maximianus Pisenia in terra collis longi Marsicanæ Diœcesis (vt narrauit mihi medicus amicus Angelus de Floridis) ventris maximis torminibus diuexatus eijcere cœpit per os simul, & aluum vermes teretes ad instar globi omnes palmarem longitudinem excedentes in magno numero, ità vt centum, & quinquaginta per vomitũ exierint, per aluum verò sine vllius materiei cõmixtione septingentorum numerum expleuerint.

In insula propè Masecum retulisse fide dignos narrat *n* Vvierus rusticum quẽdam excreuisse vermem octo pedum

m Lib.21.obs.27.in Schol. *n* De mal. aff.cap.16. §.18.

dum longitudine, & digiti vnius, rictu oculi, & capite Anati simillimum.

Alterum tres vlnas longum vidit *o* Daniel Ludouicus.

Mulierem quandam nouit *p* Alexander ex qua euacuatione vermis 12. cubitorum proiectus fuit.

Vermem viuum 20. palmorum longitudine in puero bienni per sedem expulsum à Matthæo Parisio visum retulit *q* Panarolus.

Vermem in modum anguillæ vlnæ longitudine, crassitie glandis communis per aluum excretum, referente *r* Ronssæo, conspexit Daniel à Brouckhusen.

De

o Obser.254.eph.Germ..3. *p* Lib.6. med.c.7. *q* Pent.5.obs.41. *r* Miscell. epist.10.

De verme bicipite horridioris aſpectus ab alio ruſtico excluſo teſtis eſt *ſ* Samuel Ledelius.

De Batauo quodam tradidit *t* Rhodius, à quo vermis ſeceſſit multiceps, caudâ longâ, flaui, & nigri coloris, cornu gemino, palmi longitudine.

Apud *u* Foreſtum hiſtoria cuiuſdam Spoletani narratur ab Eraſmo, qui cum loqueretur idiomata, quæ nunquam didicerat, & ab exorciſtis curari nõ poſſet, per aluum tandem eiectis vermibus non ampliùs eadem idiomata locutus fuit, & ab omni morbo liber euaſit.

Non deſunt auctores, qui inte-

ſ Miſcel.Ger.obſ.84.an.3. *t* Cent.3. obſer.56. *u* Encom.med.obſ.lib.10.

intestina ab his vermibus perforata obseruarũt, inter quos præcipui sunt *x* Auicennas, *z* Ægineta, *a* P. Aponensis, *b* Riuerius, & *c* Molinettus.

Non intestina tantùm, sed vel ventriculum, vmbilicum, & inguina perforasse vermes *d* Schenckius, *e* Platerus. *f* Forestus, & *g* Zacutus posteritati propagarunt.

Has, & alias nostri corporis partes ab intestinorũ vermibus perforatas, & occupatas, nec non interdum ex eisdem (ob abscessus, & similes morbos) reseratis exeũtes illos nostri quoque recentiores obseruarunt.

Se-

x Fen.16.lib.3.tr.5.c.1. *z* Lib.4.c.57. *a* Diff.101. *b* Morb.infreq.13. *c* Lib.6 dissert. anat.cap.6. *d* Lib.3. de part. morb.p.p. *e* Obs.l.3. *f* Lib.7. de feb. sympt.obser.35. *g* Prax. adm. lib.2. obser.39. & 40.

Secuit quarta die Nouembris 1668. Ioh. Guillelmus Riua Transtiberinam puellam Petri Gaudij cœmentarij filiam quinque annos natam, quæ post crudelissimos in ventre dolores mortua multos vermes non paruos intra corpus cõtinebat, nonnullos in ventriculo mortuos, alios in thorace viuos, quosdam in intestinis, cæteros pariter viuos per abdomen vagãtes cum multiplici ipsorum intestinorũ, & diaphragmatis perforatione.

Variæ nostri corporis partium ab intestinorum vermibus perforationes.

De muliere hortulana mentionem facit *b* Antonius de Pozzis, cui vermes isti fundum ventriculi circa latus sinistrum, & musculos abdominis perforarunt, per

C quod

b Obser. 38. Miscell. Germ. ann. 4.

quod vlcus (dum hæc duodecim annis superstes fabas edebat, aut cibum difficilis coctionis sumebat) exibant omnia.

Caietæ anno præterito narrauit mihi senex medicus Hyacinthus Antonianus historiam vxoris cuiusdam nautæ, quæ ingenti ventris dolore 24. horarum spatio correpta fuit, quo cessante tumor magnus cum rubore, & dolore in inguine sinistro apparuit: apposito à chyrurgo cataplasmate pro maturatione, eadem nocte spontè ruptus fuit abscessus cum maxima flauæ serositatis effusione, relicto vlcere liuescente: eadem die detecto loco fouea, quæ manum hominis capere poterat, inuenta fuit: sequenti die

die ab vlcere dicto teres palmaris vermis ex intestinis erupit, & in progressu vermes decem similes visi fuerunt, quo tempore simul foras exiuit intestinum secundũ longitudinem discissum, quod posteà fuit sine sutura incautè repositum; vsu tandem cuiusdam aquæ thermalis in loco, vbi dicitur (Arx Montisdraconis) hæc patiens integram sanitatem recuperauit.

Non absimilem abscessum in rusticæ fœminæ inguine se vidisse recordatur *i* Garmannus, de altera muliere, sub vmbilico in regione pubis abscessum magnitudine iuglandis sentiente memorans, qui cum emollientibus pertractatus esset, ru-

i Obser. 145. Miscell. Germ. ann. 1.

ptus fuit vmbilicus,& illicò excremēta,paulò post quinque teretes vermes egerebantur, sequentibus singulis horis pluribus Vocatus auctor intestinū aliquod exesum à vermibus perforatum pronunciat : adhibitis per os amaricantibus intra quatuor dies vltra centum vermes palmi longitudine prodierunt, prægresso semper aliquali in vulnere doloris mordicantis sensu; iniectionibus tandem consolidantibus curata fuit hæc patiens, & optimè valuit.

De vermibus in epate, ac in venæ portæ ramis genitis aut, repertis commemorant k Schenckius, *l* Gēma, *m* Vvierus *n* Bahuinus,*o* Sen-

ner-

k Lib.5.obs. *l* Lib.2.cosm.4.*m* Lib.4 malef.16. *n* Obs.puer.10.an.var.ext. *o* Lib.3.Pr.part.4.sect.1.cap.6.

nertus, *p* Bartholinus, & *q* Consentinus.

Vermes in vesica fellea (& si cum *r* Fabro mirentur multi, quòd ex *s* Galeni, & *t* Aetij præsertim sententia, sapor amarus omnibus viuentibus adeò sit cõtrarius, & inimicus, & ex bile gigni nõ posse vermes inter cæteros *u* Duretus publicauerit, *x* Galenus Vvierus inuenit: videndus est ad rem *z* Fabr. Hildanus, qui vermes pariter in eadem vesica deprehendit.

Vermes in cysti fellea.

Fama est apud *a* Philippũ Hoechstetterum de verme in vena vmbilicali habitante, pisciculũ comedente, ac

p Anat.ref.lib.1. c.14. *q* Progymn.6. *r* Lib.2.fol.611. *s* De simpl.med.f.7. *t* De Tetr.1.ser.1. *u* ad Holl.p.de m. c.54. *x* Pater loc.cit.de mal. *z* Cent.1. obser.60. *a* Obser.med.in epist.2.

tandem ex vmbilico exeunte qui cum regressum in vas vmbilicale reperire ampliùs non valuisset, mortuus per ventrem infantis inuentus fuit.

In liene vermes (quanquam doctores ferè omnes hos procreari posse concedunt) genitos esse, vel inuentos apud ipsos nō comperio (vno excepto Thom. Cornelio) qui aut omnium fortunatissimus fuit, aut inter quasdā principales nostri corporis partes (in quibus vermes reperiri solent) ità fortuitò lienem enumerauit *b* inquiens: non modo in sanguine vidimus aliquādo vermiculos, sed in iecinore, liene, pulmonibus, imò in cerebro, & corde

ver-

b Progym. 6. pag. 90.

„vermes inſpeximus.

Audio quidem à multis exhiberi pro cauſa dictę raritatis ſuccum acidum in ſanguine ſuperfluum in hac parte non modò cōtentum cum *c* Bartholino, vel excitatum cum *d* Molinetto, aut diſpoſitum ad cōmodam in locis conuenientibus ſegregationem cũ *e* Moebio, ſed verè ſeparatum cum *f* Conſentino, & non ſecùs ac flauam bilem in epate ſecretum cum *g* Vvilliſio, atque acidũ omne vermiũ impedire generationem, aptam denegãdo materiem (quemadmodũ *h* Saxonia præſertim, & *i* Duretus conten- — Vermiũ in liene raritatis cauſa inueſtigatur.

 dunt)

c Defenſ.dub.lact.cap.vlt. *d* Differt. anat. l.6. c.5. *e* Fund.med.de vſ.lien. *f* Progymn.cit.pag.86. *g* De morb. conuulſ.cap.11. *h* Præl.pr.p.2. c.31. *i* 1.De morb.in Holl.cap.54.

dunt) ex hoc etenim dicunt auctores quamplures non generari vermes, quia succus est frigidus, & siccus, vita verò viuentium animaliũ (vt Hippocrates, & Aristoteles vbique testantur) in calido, & humido posita est; adeò vt satis manifestũ esse queat (addit k Aldrouandus) nullo modo idoneam esse acidam materiam.

Ipse tamen (vt fusiùs alibi) reor, si in humore acido, vel altero quocũque etiã excremẽtitio corruptio quædam detur, seu rectiùs heterogenearum partiũ crescat fermentatio, solui prius, ac separari posse genitales, & nutrititias vermium moleculas, quæ in eodem humore sopitæ latebant; his excita-

tis,

k Lib. 6. de insectis.

tis, atque collectis, nec non redactis in actum (cæteris cõcurrentibus diſpoſitionibus) generari, & nutriri vermes, quemadmodum in alijs rebus pariter (velut in aceto, ſale, ſaccaro, pypere, niue, & ſimilibus) à multis pro vermium generatione exiſtimatis ineptis & vermes naſci, & vermes nutriri obſeruantur.

Ratio igitur potiſſima, cur in liene difficillimè vermes reperiantur haud ex aciditate (hoc in viſcere ſtagnante) depromitur, cùm in alijs etiam mixtis aciditatem exhibentibus vermes, (vt notatum eſt) excitentur; ſed ex maxima eiuſdem fibroſæ partis denſitate vaſorumque diuiſorum ſubtilitate, & anguſtia, quæ ſemi-

nalium vermium particularum separationem, & actuationem plurimùm difficultant.

Vermes cur non adeò difficulter in cysti fellea, ac in liene generentur?

Neque aliam ob causam in cysti fellea, amarulento succo affluente, (viuentibus omnibus quouis acido hostiliori) innidulantur vermes, quàm quia partis huius structura latior est, & patentior, ideòque fouendis vermium seminibus aptior, illisque augendis cõmodior; secùs verò in liene, vbi constructio (vt dictum est) adeò densa reperitur, vt nequeat excitandis vermibus proportionari: quinimò si in vitæ actu elicerentur ibi vermiculi illi ob loci pressuram in incunabulis suffocarentur.

E' con-

E' contra non in caninis tantùm, sed & in hominum renibus sibi proprium cubile construxisse vermes testis est experientia, & auctoribus compertum est *l* Gentili præcipuè, *m* Vido Vidio, *n* Schenckio, *o* Hollerio, *p* Iacotio, *q* Tulpio, *r* Fernelio, *s* Zacuto, *t* Sennerto, *u* Riuerio, *x* Dodonæo, *z* Saxoniæ, *a* Moebio, *b* Bartholino, quid quid in contrarium ità nuperrimè publicauerit *c* Gerardus Blasius: renes in ca- » nibus lumbricis sæpè pluri- » mis,

Renes in hominibus quoque Vermium patria obseruati.

l Com. ad lib. 3. Auic. f. 1. tract. 2. c. 3. *m* Cur. memb. lib. 10. c. 14. *n* Lib. 3. de ren. verm. *o* Lib. 1. de morb. int. c. 50. & 54. *p* In Sch. ad Holl. c. 47. *q* Obs. med. p. lib. 2. c. 51. *r* Lib. 6. de part. m. c. 10. *s* Lib. 2. Par. hist. obs. 6. *t* Pr. l. 3. p. 7. sect. 1. cap. 51. *u* Obser. comm. 40. *x* In Sch. ad Beniu. annot. 77. *z* Pr. l. pract. p. 2. c. 36. *a* Fund. med pag. 441. *b* Cent. 4. histor. 72. *c* Obseru. anat. pract. pag. 125.

„ mis, varijsque sese exhiben-
„ tibus repleri frequentissi-
„ mũ adeò anatomicis, vt vix
„ attentionem aliquam mere-
„ ri videatur, at in homine id
„ euenire rarissimum.

Sed hanc adeò raram in hominum renibus vermium generationem (quam non concesserunt quamplures) neque admittendam esse censet *d* Benedictus Syluaticus, seque In ea opinione esse scribit vbique locorum procreari vermes, quotiescunque illorum apta materies in aliquo viscere hæreat.

In vena emulgente sinistra Præuotium vermem conspexisse narrauit *e* Rhodius.

Ne-

d Cons. cent. 3. obser. 88. *e* Cent. 3. obseru. 61.

Neque ab hoc numero excludenda videtur vesica, de qua sunt testes *f* Mundella, *g* Dodonæus, *h* Hollerius, *i* Rondeletius, *k* Paræus, *l* Cardanus, *m* Argenterius, *n* Fernelius, *o* Hildanus.

Vermes per vrinarium meatum propulsos viderunt presertim *p* Iacotius, *q* Ronsſæus, *r* Schenckius, *ſ* Mercurialis, *t* Tulpius, *u* Benedictus Syluaticus, *x* Riuerius, *z* Præuotius, *a* Bartholinus, *b* Edmundus de Meara, *c* Henricus ab Heers, Iohan-

f 14. Dial. *g* Schol. annot. Beniu. c. 77. *h* 1. de m. c. 50. *i* Hiſt. aquat. *k* Lib. 19. c. 3. *l* Aph. 76. ſect. 4. *m* De cogn. m. *n* 6. de part. m. c. 10. *o* Cent. 1. obſer. 5. *p* In Holl. de morb. c. 77. *q* Epiſt. 10. *r* Lib. 3. obſ. de ſ. mict. *ſ* L. 1. art. gym. c. 7. *t* L. 2. obſ. 50. *u* Reſp. med. cent. 3. *x* Obſ. comm. p. 298. *z* De vr. cap. 10. *a* Cent. 1. hiſtor. 89. *b* Hiſtor. rar. 7. *c* Acid. ſpad. c. 9.

d Iohannes Schmidius, *e* Phil. Iacob. Sackſius, *f* Ehrenfridus Hagendornius, *g* Ludouicus Hannemannus.

Vermem viuum ſpithamã longiorem per vrinas redditum ſe obſeruaſſe ſcribit *h* Rhodius, qui plura ſimul de alijs vermibus per eandem viam excretis exempla ex varijs auctoribus adducit.

Decem circiter ab hinc annis virum quendam melancholicum, vrinæ ardore laborantem, curabat Guillelmus Riua, ex cuius vrethra longi vermes ſimul cum vrina, & quãdoque ſine ipſa prodibant.

Miranda eſt obſeruatio à Hie-

d Obſer. 156. Miſcell. Germ. ann. 5. *e* Schol. ad epiſt. Barth. *f* Obſ. 28. Ephi. Germ. ann. 3. *g* L. 3. act. med. Barthol. obſeru. 11.

à Hieronymo Iannino Medico amico mihi communicata de Carbionensi muliere, quæ tumescentem adeò ventrem cum suppressione menstruorum habebat, vt vtero gerere videretur: dies 40. ischuriam passa, per vomitũ reddiderat vrinam, quadragesimo verò die ab vrinarum suppressione completo nixu magno lotium tandẽ ad vrceos quinque circiter per inferiora consueta reddidit vnà cum duobus magnis vermibus mortuis, quorum maior duplicatus, minori iunctus sertam mulieris comam efformabat: atque vrinæ eiusdem coloris, ac substantiæ (quemadmodum erant in vomitu) fluebant; hinc abdomen subsidere cepit, & octo die-

rum

rum ſpatio mulier iſta ſimul cum vrina vermes ad calami ſcriptorij minoris magnitudinẽ accedentes ſexaginta quatuor excreuit.

De vermibus in ſcroto teſtis eſt *b* Fridericus Lachmundus.

In vtero vermes & genitos, & repertos eſſe auctor eſt *i* Hippocrates, idem ſentiunt *k* Matth. de Grado, *l* Amatus, *m* Sennertus, *n* Rodericus à Caſtro, & *o* Mercatus, qui „ ait: Priſcianus, & Cleopa„ tra euidenter docent in vte„ rum ex inteſtinis migrare „ lumbricos, quod ſi aliquan„ do fiat, non ob id negan„ dum eſt in vtero quoque „ vermes adnaſci.

Illud

b Obſer. 174. Miſcell. Germ. anno 5. *i* 7. Epid. & 2. de morb. *k* Lib. 4. pract. *l* Cent. 7. c. 17. *m* Lib. 4. prăct. p. 1. ſ. 2. c. 10. *n* Lib. 2. de m. m. *o* L. 2. de aff. m.

Illud primum nunquam concessit *p* Mercurialis dicendo: non possum videre qua via, & qua ratione vermes ab intestinis egredientes ingrediantur in vterum, quià, & si hoc fieret, perforatis intestinis, & vtero sanè mulieres interirent.

Vermibus transitus ab intestinis in vterum an sine vitæ discrimine côcedendus?

Sed (pace tàm præclari Viri) nos hanc difficultatem tanti non æstimamus; Legimus enim varios auctores, qui referunt non rarò sine vllo vitæ discrimine datas esse communes harum partium perforationes.

Hac de causa fœces alui per vuluam interdùm prodijsse prostant exempla, & à *q* Beniuenio præsertim, *r* Dodonæo, ipso *ſ* Mercuriali,

p Lib.4.de m.fœm.cap.12.*q* De abd. c.86. *r* Not. ad eund. de abd. cap.9. *ſ* 1.De morb.puer.9.

riali, *t* Rhodio, *u* Bartholino, *x* & Schmidio recensentur.

Nec tantùm ab intestinis in muliebria (vt notatum est) verùm & ab his in illa quandoque, media hac communi perforatione, rerum transitus factus fuit.

Fœtus ossa inter alia per intestinum prorumpentia plures viderunt, & hanc viã (quam fusius auctoritatibus comprobat *z* Bartholinus) inter cœteros *a* Marsilius Cagnatus, & *b* Ioh. Langius annotarunt.

Tusculi, dum anno 1667. medecinam exercebam, noui vxorem Iosephi Germani aromatarij Franciscam no-

t Cent. 2. obs. 91. *u* Cent. 2. histor. 63. *x* Obseru. 157. Miscell. Germ. ann. 5. *z* Lib. de insol. part. vijs. *a* Lib. 4. var. obser. cap. 9. *b* Lib. 2. epist. 39.

nomine, quæ grauida, duobus annis penè ab exacto consueto partus tempore elapsis, diuersis vicibus totum fœtus sceleton (cuius cranium amicissimus Guillelmus Riua asseruabat) per secessum excreuerat, ac sana posteà, hilaris, & venusta viuebat, & adhuc viuit.

Huius census plura apud alios auctores occurrunt exempla, sed molestum nimis euaderet opus, si omnes eiusmodi obseruationes ad hanc lineam reuocarem.

Ex vtero vermes excretos viderunt *c* Garzias Lopius, *d* Zacutus Lusitanus, & *e* Gheringus.

Eosdem loco menstruorum

c De var. lect. c. 13. *d* L. 3. Prax. obs. 1. *e* Ap. H. ab Heers lib. de acid. spad. cap. 9. pag. 85.

rum apparentes per ipsum propulsos *f* Panarolus obseruauit. In vulua *g* Forestus.

Ab Hypochondrio sinistro vermes exire conspexit *h* Ronssæus.

Sub hypochondrio dextro *i* Roeslerus.

In vmbilico natos vermes commemorat *k* Sennertus.

Per eundem reiectos *l* Forestus, & *m* Benningerus exponunt.

In inguine & ex inguine vermes *n* Tulpius præsertim, *o* Horstius, & *p* Henr. Vollgnadus obseruarunt.

In lumbis *q* Frider. Lachmundus.

Ex

f Pent.4.obs.12. *g* 7.Obser.chyr.10. *h* Miscell.epist.10. *i* Obs.344.Miscel. Germ.ann.3. *k* Pract.lib.3.p.10. c.4. *l* Lib.7. obser.35. *m* Cent.1. obser.9. *n* Lib.3.obs.c.12. *o* Manud. ad med. p.1.c.2. *p* Obs.146.eph.Germ.ann.1. *q* Obser.174.Miscell.ann.5.

Ex cute ossis sacri r Bartholinus.

De tumore rubicundo dolorifico totum ferè brachiũ cuiusdam mulieris occupãte vermibus scatente ab eodem *f* Bartholino narratur.

De verme crasso, qui alteri mulieri crus totum modò huc, modò illuc perforauerat, ac tandem exclusus fuit historia scribitur à *t* Roeslero.

Vermem viuum palmarem, & crassum, capite lato & caudâ valdè angustatâ præditum in abscessu cruris dextri cuiusdam ancillæ rusticæ, dolorem, & cruciatum intolerabilem per sesquiannum perpessæ, repertum, anno 1671. ex litteris Leo-

r Cent.5.obser.80. *f* Cent.5. hist.63.
t Obser.311.ann.3.

Leonardi Hechtel Culmbacens. retulit *u* Matthias Nesterus.

De vermibus pedum testis *x* Lachmundus, de his ex pedum plantis exeuntibus *z* Binningerus.

In varijs externarum corporis partium pustulis, vlceribus, & abscessibus, visi sunt nati vermes. de quibus scribunt *a* Forestus, *b* Augenius, & *c* Scoltzius.

In variolis (detectis pustularum crustulis) in subcutaneo vlcere viuos vermes repertos esse, præter *d* Th. Bartholinum (vt memorat *e* Casparus filius) est etiam auctor *f* Fr. Ioël. Hos

u Obseru. 190. Miscell. Germ. ann. 4.
x Obseru. 174. eiusd. Miscell. ann. 5.
z Cent. 4. obs. 8. *a* Lib. 7. Chyr. obs. 10.
b Lib. art. cur. ad Glauc. *c* Cons. 320.
d Cent. 5. hist. 20. *e* Exerc. 1. Miscell.
f Lib. 9. Prax. sect. 5. cap. 2.

Hos per vniuersum corpus viderunt quoque *g* Rhodius, & *h* Zacutus.

Vermes vniuersum corporis ambitum Frat. Antonij Romani Monachi Capuccini turpissimâ scabie tẽtatum occupasse, delapsis prius balneorum stygianorum vsu pustularum, crustis nuperrimè narrauit mihi eiusdem Monasterij Medicus Lucas Thomasinus.

Verminosum sudorem aspexerunt *i* Henricus ab Heer; & *k* Christianus Franciscus Paulinus.

A vermibus toto corpore scatentibus exesum virum commemorauit *l* Petrarca.

De

g Cent.3.obs.64. *h* Lib.3. p.adm.46. *i* Eph.curios.Germ.obser.19.anni 2. *k* Obs.3.eiusd.Miscel.anni 6. *l* Lib.2. de vtriusque fort.remed.

De vermibus non dictarum tantummodo, verùm, & aliarum humani corporis partium longè plura extant, & quotidiè vsu veniunt exempla, quæ si cōpilarem, immedicabili sanè tædio benignum Lectorem conficerem.

Prima sententia de sāguinis grumo examinatur simùl, & excluditur.

His premissis vlterius progressurus liberè affirmare primùm audeo, id insolitum quod à nostro Capuccino fuit per vrinam emissum non fuisse sanguinis grumū; (quemadmodum vir quidam doctissimus arbitratus est) ipse siquidem Cl. Coccius curiositate ductus excretū idem aquâ ablutum, & ab omni prosùs cruore diligētissimè emundatum á quacūque sanguinis grumi probabilitate liberàuit, & quid

aliud

aliud ab eodem omninò diuersum fuisse omni arte firmauit, iuxtà hęc, quæ sequũtur [*Io intanto, che bramauo vedere se il pezzo trasmesso per vrinam fosse sangue grumoso, viscosità, ò membrana, richiesi dell'acqua chiara in vn catino, e dopò hauerlo ben bene asterso dal sangue, osseruai, e viddi con grandissimo stupore essere vn'animale*.]

Res quædam à sãguinis grumo repræsentatæ.

Non sum tamen ignarus etiam à sanguinis grumo quandoq; reprę̃sentari posse res varias: ac præsertim instar hepatis substantiam eundem obseruatum fuisse: sicuti narrat de ciue quodam Rostochiensi *m* Thom. Bartholinus, qui per secessum reiecit frustum massæ sanguineæ, instar parenchy-

D matis

m Cent. 1. histor. 70.

matis concretæ, fibrisque variis venularum in morem refertæ, vt crediderint adstantes hepar integrum per aluum redditum.

Scribit *n* Fernelius ex rara quadã, & abdita morbi causâ se vidisse quempiam post diuturnũ languorem de vita exijsse, cui sanguis vniuersus in vasis concreuerat, adeò vt demùm coralli modo fruticans illinc eximeretur.

Non absimilem sanguinis constitutionem in venis mesaraicis in hectica tumefactis descripsit *o* Platerus.

Audiuisse notat *p* Ballonius sanguinem nigrum ità in iugularibus venis concreuisse, vt carbones illîc impacti crederentur.

San-

n 6.Physiol.c.7: *o* 2.Obser. *p* Eph.2.

Sanguineum grumum excretum cum vrina, vermem repręsentantem ad vnguem, vidit *q* Daniel Vvinclerus.

Sed(vt multas prætercam, quæ in contrarium adduci possent, rationes) nescio quomodo ab hoc Viro doctissimo sanguinis grumus credi possit ea res, quæ duobus integris diebus in aquâ immersa (vt sonant verba) [*Ch'io volsi stasse esposto nell'acqua due giorni continui*] nullo modo solui, & liquari potuerit, quamuis sæpiùs confricata, in frustula concisa, atque adeò diligenter anatomizata: præterquamquòd sanguinis grumus nigrum colorem semper præsefert, & id, quod à Capuccino per vrinam emissum

D 2 fuit,

q Obser.56.Miscell.Germ. ann.6.

fuit, cineritium, & albidum colorem prębuisse narratur: neque praua ea symptomata inducta sunt, quæ (præsertim in nostri corporis capacitatibus) à sanguine concreto solent excitari.

Sanguinis grumo dimisso ad sententias de polypo, de Serpente, ac de Verme examinandas procedimus, pro quibus aliæ profectò sunt habitæ res, & quorum etiam aliâs vnum pro altero non semel legimus sumptum, propter illam similitudinem, qua primo saltem aspectu vna res ab alterâ penitùs quandoque distingui non potest.

In sinistro cordis ventriculo pueri Galli concretionem adiposam, quæ vermis omninò videbatur, obseruauit

uauit *r* Bartholinus.

Nos etiam hiſce diebus varia craſſæ, viſcidæque materiei (vt ſuperius referebamus) cōcrementa ſimùl iuncta ex inteſtinis Ioſephi Zattelli vidimus excreta, quæ rotundos vermes belliſſimè repræſentabant.

Borrichius *ſ* in Harlemenſis viri ſiniſtro cordis ventriculo polypum deprehendit, qui vermis putatus erat.

De verme aquatico ſtupendæ magnitudinis hiſtoriã deſcribit laudatus *t* Bartholinus, qui pro ſerpente fuit acceptus.

Ad rem facit magis illud, quod repertum fuit in ſiniſtro cordis vẽtriculo Angli- Exemplũ de re pro verme, pro ſerpente, ac pro polypo ſimùl à diuerſis habita.

r Lib.4.act.med.obſer.47. *ſ* Cent.4. epiſt.17.Barthol. *t* Cent.6.hiſt.63.

ci iuuenis ab Eduardo Maio obseruatum pro verme, pro serpente, atque pro polypo simul habitum.

Memorabilis est historia (de hac re loquendo) *u* Riolanus inquit, Angli cuiusdam, cui cor erosum fuit à verme.

Londini in Anglia Eduardus Maij (scribit *x* Moebius) in Iohannis Pennant læuo cordis sinu obseruauit anguem bifidum flagellosum.

Quid mirabilius (exclamat *a* Petrus Seruius) serpente in sinistro cordis ventriculo nato, & inuēto Londini in Anglia aperto cadauere Iohannis Pennant. &c.

Nobilis quidam Anglus,

no-

u Lib. 3. Encheirid. c. 8. *x* Fund. med. de vs. cord. *a* Lib. de vnguent. arm. pag. 48.

nomine Iohannes Pennant (ſunt verba *b* Zacuti) fato functus eſt Londini, cuius aperto poſt obitum cadauere repertus fuit in lęuo cordis ipſius ventriculo anguiculus, cœtero quidem corpore apprimè candicans, ac lucidus, capite verò rubro.

Coit in corde nonnunquã (ſcribit *c* Hermannus Conringius) pituita viſcida cum nonnihilo ſanguinis in carnoſum quid, aut membranaceum, aut quid aliud, quod albido colore adipis ſpeciem mentitur apud minùs peritos; eſt autem polypi aliquod genus, deſcriptum etiam à Marco Aurelio Seuerino, qui itidem rectè notat illam in anguis modũ

b Lib.1.Pr.adm.obſer.140. *c* Lib.de calid.innat.cap.12.

concretam massam, cuius historiam ex Anglia accepit, rizoma aliquod fuisse ex pituita natum.

De hac historia (vt legi in epistola *d* Seuerini ad Iohãnem Hougthon Medicum Britannum) hoc est iudiciũ, hæc sunt sua verba: hoc equidem fœtabulum in vegetabilium categoriâ repono, plantæque modo non anguis sanè procedit eiusmodi germen: igitur planta potiùs, quàm anguis, & credendum, & nominandum est istud.

Riccardus Lovver *e* etiam de eiusmodi cõcretionibus disserens, has, pro vasorum continentium figura, variè configuratas pro polypo, pro

d Lib.4. de abscess.nat. pag.286.287.
e Lib. de cord.motu. cap.2.pag.157.

pro verme, ac pro serpente interdùm habitas esse affirmat.

Id etiam, quod à nostro Capuccino fuit per vrinam emissum pro serpente, pro verme, atque pro polypo habitum est: hæc tria inter se diuersa id vnum esse neminem dicturum arbitror; eorum quidem aliquid esse dubius non sum, sed quid vere sit non facilè determinatu.

Non desunt tamen quidam ex doctoribus, & amicis, qui rem hanc monstrosam polypum fuisse putent, quod polypi magis, quàm vermis, aut serpentis naturam res prædicta æmuletur. *Secunda sententia de Polypo non improbabilis examinatur, & excluditur.*

Si forsan obijciatur polyum habere colorem albescentem, colorem verò prædictæ

dictæ rei cinereũ rubeſcentem obſeruatum eſſe, iuxtà verba [*Di color cinericio roſſeggiante* .]

Reſponderi poterit hoc nihil obſtare, cum diuerſus etiã color in polypo obſeruetur; licet vt plurimùm (præſertim in dextro cordis ventriculo) hic albidior reperiatur.

Si dubitetur inſupèr an forma, in hac depicta re vel ſerpentiuerminea, vel vermiſerpentina manifeſtata, polypi forma dicenda ſit, cum hæc polypo piſci (à quo denominationem accepit) haud verò ſerpenti, vel vermi ſimilis eſſe debeat.

Huic difficultati referre licebit, quod polypus concretus in corpore noſtro, non ideò talis dicatur, quià ada-

adamussim, & strictè numerosum caudarum (quemadmodũ polypus piscis) obtineat satellitium; licet non raro quoque (præsertim is, qui cordi annascitur) innumeram penè ramorum, ad vasorũ propagines constructorũ, familiam expandat; sed quòd eiusdem piscis ad instar illis (quamuis paucis) quas à se dimittit, caudis parti, cui inseritur, tenaciter adhæreat, velut in hac re monstrosa contigisse videtur, quam nulli puto dubium esse suum cõstruxisse cubile in tota dextri vreteris capacitate, vbi eadem crassiori sui parte (quæ caput animalis cum dictà formà appellata est) pelui (ampliori vreteris loco) quasi per ligamenta firmiter affi-

gebatur, ita vt nonnisi 13. mensium spatio ab eius sinu potuerit euelli.

Si dissentire tamen sine offensa licet ab opinantibus rem dictam polypū vocandam esse (cum in cōtrariam ab ipsis opinionem facilè probabiliorem, quæque à veritate in re tam dubia nullo modo recedens iudicabitur, non externa tantùm illius corporis structura, verū & intrinsecùs graphica in genere suo compellat organizatio, in eadem obseruata) suspicor hāc rem nō improbabiliter polypum existimatā, probabiliùs polypum nō fuisse, sed animal.

Id (si mihi hîc imposita esset vlla contradicendi necessitas) hîc quoque (quod fiet suo loco) facili negotio

pro-

probarem, gratumque fore sperarem etiam contra nostros doctores, & amicos differere: non enim aliter magis,ac magis,quàm disceptatione(quasi aurum igne) veritas elucescit.

Vt autem incœptum prosequar iter, ad renum latebras me confero, quidque ex illis non mente,sed sensu percipiatur, quiduè non figurâ tantũ externâ, verũ & internâ partiũ organizatione depromatur, enarrabo.

Ex istis latibulis Cl.Coccius egressum dudum se vidisse scribit serpentem:ipse verò vsque adhuc serpentis nomen video, serpentem non video; ex f Aristotele enim; ac etiam ex g Galeno ser-

f Lib.de gener.animal. g Lib.de ther. ad Pis.

Serpentis nomine propriè venit intelligendum animal sanguineum, quod citra pedum vsum vi tantùm costarum repere conspiciatur.

Serpentũ proprietatesquædã & partes pro tertia sẽtentiã numerãtur.

Explorandum itàque qualia membra serpentes naturaliter habeant, vt si prædicta res extrinsecam, internamque simùl serpentum sapiat configurationem (humano licet in corpore nata) verus serpens esse firmetur.

At hîc præmittenda sunt quædam, quæ inter serpentum genus distinctionem aliquam; atque diuersitatem pariunt, talia sunt: serpentes colores gerere diuersos, cum nigro, candido, cinereo, rubro, guttisque distincto eorũ nonnulli pellem refertam habeant, & hanc etiam in alijs lenem,

in

in alijs asperam esse notamus: non omnes nocuos, verùm(vt refert etiã *b* Ælianus) quosdam innocuos esse: alios, qui dentibus carentes, nullam mordendi proprietatem habent, (vt nonnullos in India genitos) inueniri: paruos aliquos, alios esse maiores: caput quoque(cum non idem eiusdem formæ, & qualitatis insit omnibus) diuersum habere, alios videlicet latum, alios angustũ, alios graue, alios leue, nonnullos albũ, aliquos nigrum, vel etiam flauum, alijsque varijs coloribus insignitum: os pariter non idem, dum acutum, latum, & vastum obseruatur in ipsis: inter eosdem oculis apertis carere Cæciliam: fel intestinis adhæ-

b Lib. 9. cap. 10.

adhærens non habere Natricem: caudas serpentum tandem multiformes etiam reperiri, breuesque alios, alios longiores, nigras, squamis hirtas, squamisque asperas, duriusculis alios (quemadmodum gerit fœmina vipera) sortiri.

Hæ sunt partes, earumque proprietates, & accidentia, quibus nō serpentes omnes, sed nonnulli tantùm ad species dirimendas peculiari quadã necessitate insigniuntur: descendendum modò ad membrorum, eorumque quidditatum considerationem, quas vniuersalis serpentum exigere solet natura, quæque (quemadmodum pariter rerum naturalium Scriptores veteres describunt) nullo modo ab illo-

rum

rum essentiâ possunt separari; ac viso priùs cortice, quo, tanquam pelle teguntur serpétes, inspectis squamis, quibus loco vnguium armantur, obseruatâ cute, & carne,nec nõ subtili quadam, atque pinguiuscula inter vtramque (cum ipsa tamen cute descendente) membrana,à Gregorio Macero (vt notat *i* Aldrouandus) inuenta,ad caput accedendum. In hoc cerebrum, oculos, nares, aures, & linguam habent serpentes. Infra hoc alias possident partes, & viscera, costas, vertebras, spinam, cor,pulmonem, arterias, & venas, oesophagum, ventriculum, intestina, iecur, vesicam fellis, lienem, renes, vrete-

res,

i Lib.1.histor.serpent.

res, testes, ductus spermaticos, genitalia, & reliqua, quæ nuperrimè crebris autopsijs in diuersis serpentibus obseruauimus.

Excluditur hæc sententia

His sic habentibus proximè inquirendũ erit, an res per vrinam excreta, tantoperè pro serpente à Cl. Coccio decantata, serpentinam nacta fuerit indolem. Quod vt compendio possimus assequi, licebit hic exhibitam eiusdem rei descriptionem cum præfata serpentum anatome cõparare.

Sed quis adeò pingui donatur minerua, qui non videat in hac re (perperam serpente nuncupata) singulas propemodũ partes, quæ serpentem cõstituunt, desiderari: vbi oculi? vbi os? vbi lingua? vbi costæ, & spondilia,

dilia, quibus illa (si serpentina) pedum loco repere, & saltitare potuisset? vbi thoracis, & abdominis cancellis cõclusa viscera? cœtera superiùs enumerata vbi? desunt planè omnia præter exiguum extorũ frustulum (à Cl. Viro sic dictum) propè caput illius rei visum, atque pro iecore eiusdem animalis acceptum, iuxtà hæc: [*Nell' aprirlo ci si fè incontro all'occhio vn pezzetto d'interiore vicino alla testa rauuisato per fegato del medesimo animale*] quod quid sanè fuerit hîc nõ disputo: vnum hoc scio, quod iecur non fuit, cum viscus hoc serpentum capiti minimè finitimũ obseruetur.

Taceo deindè parua quædam filamẽta, adhibito quo-

que

que pulicario microscopio (quemadmodum legitur in relatione) solitaria in ventre reperta, quæ vtrum verè constituerint istius animalis intestina suo loco expendetur: interim spatiũ illud, inuentum à Cl. Viro pro recludẽdis intestinis idoneum existimatũ, inane planè est, & cõmentitium; sicut enim frustulum, epar creditũ, post biduam in aqua immersionem nullo modo liquatum fuit, ità intestina, cor, reliqua viscera, spinæque ossa longè solidiora, antequàm vllam res contraheret putrilaginem, iuxtà verba: [*Volsi aprirlo prima si putrefacesse*] nullo modo euanescere potuissent.

Nec pronunciare valeret Vir Clar. prædictum animal

mon-

monstrosum fuisse serpentem, ideòque (quemadmodum de humano abortu, Medioburgi nato narratur, cuius interna fabrica sine corde erat, multo minùs pulmonem, lienem, renes, vesicam vinariam, neque intestina obtegens omentum, sed vnicum epar suis vasis instructum vesiculâ felleâ, poroque biliario carens inuenit k Antonius Euerardus) sine dictis partibus nasci potuisse.

Præterquamquod enim rarissima monstra cũ *l* Aristotele in serpentum genere conceduntquamplures, nunquam monstrosi serpentes (sicuti cętera monstra) omnibus, & singulis proprijs con-

k Opusc. nou. Barthol. in fin. *l* Lib. 4. de gen. animal.

constitutiuis partibus carebunt.

Quædam Serpentũ monstrosorum exempla

Imò (si credimus visis) monstrosi serpentes potiùs aliquid additum, quàm demptum, & desiderabile sibi vendicarunt: ità de illo notatur, qui apud Heluetios cõspectus fuit latis auribus, sex pedum longitudine, corpore vitulino æquali.

De altero ab Apollonio recitato, qui pedibus duobus, non secùs ac terrestris crocodilus, gradiebatur. De alijs serpentibus, qui pedibus anserinis ambulati sunt, scribit Plinius.

Nota est historia monstrosi serpentis, Draconis bipedis appellati, in agro Bononiensi capti, cuius caput, & postrema pars caudæ viperam repræsentabãt; dor-

sum

ſum verò & ſuperficies cum pedibus teſtudineam figurã exprimere videbantur.

De piloſo ſerpente, pluribus pedibus ſtatim proficiſciente, ab Ephebo copioſo cum ſemine eiecto, verba fecit Galenus.

Serpentis bicipitis ipſe meminit Ariſtoteles, bicipitemque viperam, quæ caput vtrumque mouebat, atque triſulcas exerebat linguas, vidit Porta.

Tricipitem ſerpentem in montibus Pyreneis interfectum fuiſſe Arnoldus affirmauit.

Si res igitur hæc fuit animal, ac ſimùl monſtroſum, ſerpens monſtroſus nõ fuit; cum ſerpens mõſtroſus eſſe non poſſit animal, quod nihil ſerpentis habeat præter no-

nomen: neque tanta specierum in animalibus admittitur confusio: ac in valdè monstrosis etiam (in quibus monstrosa pleraque sunt) certus aliquis, & specierum & aliarum rerum conceditur ordo.

Quod si res præfata (vt probatũ) serpens nullo modo dicenda est, multo minùs ad viperinam speciem reducenda; cũ ea sanè pars, in quam solummodò Cl. Vir pro solidandâ suâ opinione vniuersam refundere posset argumenti vim (caput nempè vipereum) verbo [*Mentre bauea la testa riferente la forma d'vna viperetta*] constitutiuas sui partes (vt inter coeteras paruum, nigricansque cerebrum, neruos opticos sibi inuicé adnexos,

ocu-

oculos rotundos,& apertos, cornea quadam membrana (quod tanquam singulare *Iohannes de Muralto notauit) instar vitri transparẽte, dura exteriùs vndique cinctos; caninos dentes (etsi duos tantùm plusquam in trecentis viperis se vidisse scribat *Franciscus Redi) quatuor, binos pro latere strictim vnitos, ad facilem eleuationem, & depressionem in anteriori parte mãdibulæ superioris articulatos, latâ membranâ, sc ad veli modum, hi dum attolluntur, explicante, tectos, ac velut vaginâ, non eo tamen modo, quo Leones, & Feles abdunt, & contrahunt suos vngues, opertos, verùm

Viperini capitis præcipuarum partium descriptio.

E mor-

* Experiment.anatom.pag.32.
* In obseru.de Viperis pag.57.

morsus tempore solummodò denudandos; teretem linguam, mediam albidam in interiori parte, nigram in reliqua, subtilem, ac extremè bifidam; tracheam in medio maxillæ inferioris supra linguam immediatè sitam; mandibulas inferiores ità in anteriori parte dispertitas, vt inter ipsas lingua canalis modo pertranseat; foramina nasalia in os, & gulam inter palatum superiùs lata; os petrosum; neruos olfactorios magnos, nunquam obtinuerit; nec externa, vel primo tantùm aspectu viperei capitis (etsi talis adesset) aliqualis assimilatio in realem eiusdem capitis configurationem quidpiam conduceret; hæc nãque (sicut vniuersalis corporis

poris iſtius animalis ſtructura) vt inferiùs dicemus, ab alio pendet principio.

Auctoris de Verme ſententia examinatur, & probabilior ſtabilitur.

Excuſſis hucuſque, atque ſimùl excluſis de ſanguinis grumo, de polypo, ac de ſerpẽte opinionibus, inquirendũ ſupereſt an res monſtroſa probabiliùs vermis fuerit, ſed in huius quæſtionis limine non leuis primò ſeſe offert difficultas, quæ noſtræ ſententiæ, ſuſtinenti rem pręfatam extitiſſe vermem, obſtare videtur: ea eſt ex Capuccini pene prodeuntem rem extinctã omninò, atque cadauericam fuiſſe, vnde maximâ cum difficultate ex illa ad probandam vermineam exiſtentiam exhauriri potuerunt rationes, quando ex eiuſdem motu, ſenſu, & auditu vberiùs de-

promptum esset arguméto. rum agmen; more siquidem cœterorum vermium sese à caudâ in caput abbreuians, & mox elongans (qui motus peristalticus appellatur)pro gressum fuisset hoc animal; salsa, & amara respuens, dulcia, ac pinguia suxisset, sonũque, vel strepitum sentiés illinc statim secessisset.

Visus verò tantummodò vestigia (quemadmodum in alijs vermibus spectatur) hoc animal ostendit, quod meritò ab Excellentissimo Viro oculos habuisse minimè perspectum fuit.

Color cinereus rubescens descriptus, iuxta repetita verba, [*Di color cinericeo rosseggiante*] eidem non repugnat, cum vermes naturales etiam ob varias notas

con-

conditiones, coloribus multùm inter se se variantibus obseruentur.

Substantiæ qualitas (licet alto inuoluatur silẽtio) exactiori cultro examinata, media inter testaceorum carnem, & osseam duritiem fuisset deprehensa; vnde nec spinas habuit prædictum animal. neque quid simile.

Hinc meritò fatetur Cl. Vir Patientem Capuccinum in actu excretionis eiusdem animalis sensisse auulsionem quandam rei cordæ intensæ non absimilis, corda namque dicta media est inter carneam, & osseam substantiam. Longè porrò grauiora sustulisset æger symptomata, si serpentinum extitisset corpus illud excretũ, inuerso præsertim ordine

per caudam egrediens.

Viscera non adeò distinctè se prodeuntia possedit hoc animal, sed intestina à capite ad caudam vsque extensa (vermium propria) veluti alba filamenta, inter quæ (si diligentiùs omnia conspexisset Cl. Vir) vel albicantia quoque cerni potuissent cœtera membra, vel quasdam ipsorum partes aliorum animalis viscerum loco esse suspicari non fuisset absurdum.

Cauda tandem, caput, ac frustulum illud propè caput inuentum (quæ taliter formata, vt verùm fatear, haud solent in omnibus vermibus obseruari) remanent paululùm examinanda.

Et primò quoad frustulum visceris dictum, hoc potiùs

tiùs cor vermis fuit iuxta summitatem œsophagi (vt inter alios in figuris demonstrat *m* Vvillisius) locatum, vel aliquid analogum , aut quid cruentum , & grumosum, seu quid monstrosum.

Quo verò ad caudam, nouum non est, illam quandoque vermes etiam habere distinctam , qui proptereà caudati vocantur, atque de his mentionem fecerunt simùl Hippocrates, & Aristoteles ; verùm cum prælongam , ac prætenuem in hoc probabili verme depictam eandem videamus , hanc idcircò monstrosam nonnihil fuisse arbitramur .

In quo vermiũ genere, hic sit reponẽdus determinatur.

Caput quoque depictum vermis ordinarij non est ; qua-

E 4

m Lib. de anim. brut. cap. 3. pag. 25. figur. prima.

quapropter (cum caput hoc insolitâ sit in vermibus figurâ) hic etiam caudatus vermis per vrinã emissus haud ordinarius dicendus erit, sed mirus quodammodò, & monstrosus.

Hoc insuper animal ex teretium, & rotundorum vermium genere fuisse existimamus, quos parere dixit *n* Hippocrates. quemadmodum in quibusdam vermibus expulsis ex homine vermiculos filios vel repertos, vel exclusos fuisse (etsi visum vnquam esse lumbricũ lumbrico fœtũ *o* Olao Borrichio parum verisimile appareat) notarunt præsertim *p* Amatus Lusitanus, *q* Dodonæus, *r* Aldrouandus, Pa-

Quales vermes parere dicãtur?

n Lib. 4. de morb. *o* Lib. 4. act. med. Barthol. obs. 54. *p* Cent. 5. c. 46. *q* In Schol. ad Ben. cap. 85. *r* 6. De insect.

f Panarolus *t* Volchamerus, *u* Kerckringius, tantæque fœcunditatis in scabie venerea vermem se vidisse scribit *x* Kircherus, vt inter dimidiam horam ad 50. alios similes sibi partus effuderit.

Et sanè hunc quoque vermem peperisse remur, cum Capuccinus patiens vehementiori sumpto (vt habetur ex historia) absterfiuo medicamento, ante illius extinctionem, & exclusionem decem, aut duodecim non consideratos vermiculos cinericio colore saturatos, prædicti quippe soboles, per easdem vias eiecit, iuxta hæc, [*Trasmise per vrina gran copia di pezzi di*

f Pent.5.obs.15 *t* Obs.266.ad ann.2. eph.Germ. *u* Obs.anat.43. *x* Lib.12. mund.subt.sect.1.cap.10.

sangue grumoso cō alcuni pezzetti, che furono stimati sangue parimente congelato à guisa di vermi tondi, lunghi 2, e 3, dita per grossezza, di color berettino oscuro (da 10. ò 12. in circa, che hora ci rendono accorti essere della natura di quello diremo di sotto, innocentemente trascurati.]

In genere quodammodò monstrosorum, seu insolitorum vermium prædictum animal collocauimus, tantummodò quòd idem insolenti quâ caudæ, quâ capitis figura ab'illorum communi configuratione, non parùm differre manifestatum est.

In animali, sicut in vegetabili regno, & monstra dari, & adhuc formari posse monstrosa nemo, credam, inficias ibit: hæc in humanis

cor-

corporibus non semel reperta, nec semel in posterum inuenienda tùm veterum, cùm recentiorum Scriptorum fidei plena testantur monumenta: ac si monstrosorum in vtero fœminarum generatio solummodò referenda esset, priùs deficerent dies (inquit z Heredia) quàm variæ eorum historiæ, & exempla.

Inter vermes (quemadmodum de cœteris insectis nō negatur) produci monstra inauditum non est, nec vermem hunc per vrinam propulsum monstrosū quodammodò procreatum fuisse repugnat; nascuntur enim vermes in corporibus humanis (fatentur sic omnes) quādoque naturalibus prorsùs

z Disp. 7. de morb. grau. ren. & vesic.

sùs similes,& aliquãdo monstrosi valdè, vel etiam non valdè miri haud in intestinis tantùm, verùm & in alijs partibus.

Vermes mõstrosi quales vocantur.

Quare vermes quoque vel ratione quantitatis multæ, seu discretæ abundantis, vel figuræ deprauatæ vocãtur monstrosi, quando scilicet aut insueta magnitudine, vel rebus abundantes insolitis, aut diuersorum animalium partibus similes obseruantur.

Hanc miram (etiam in corporibus nostris) vermiũ varietatem in medium proferrem, nisi eorum infinitæ propemodùm apud practicos descriptæ extarent historiæ (quas breuitatis studio hîc libenter latere patior) ac tantùm aliquod

(huic

(huic nostro non absimile) vermium serpẽtinam æmulantium figuram exemplum recensere non fore molestum existimo.

Tale est quod fertur de verme illo, quem conspexit *a* Gemma capite crasso, serpentis ferè figurâ, & caudà in fine tenuissimà. Vermiũ serpentiformium historiæ.

Alterum serpentiformem vermem in *b* Aldrouando depictum, per vomitum exclusum, obseruamus.

Visus est mihi (loquitur *c* Paræus vermis, qui è muliere prodierat hexapodem longus, serpenti similis.

Narrat *d* Gaspar à Reies se vidisse vermem capite viperino ex ano viri propulsum.

In

a Lib.1.cosm. c.6. *b* Lib.1. hist.serp. *c* Lib.19. infant. var. *d* Camp. elys. quæst.36.num.12.

In obseruationibus *e* Panaroli hæc innotescit historia. Puella vermem per os expulit viuum dodrontali longitudine, caput viperino erat simile, colorem habebat cinericium: totus primò intuitu ad vnguèm serpentem marinum repræsentabat.

Vermis semicubiti longitudine, caudâ oblongâ, figurâ ferè lacertæ, cinericij fermè coloris, ex vtero proiectus apud *f* Henricum ab Heers legitur, post quem octo, aut nouem similis figuræ, & coloris (sed vermiculi) prodierunt.

Expleto (iuxta vulgatam *g* Philosophi, quatuor quæsita de quacunque re naturali

e Pentecost.5. obs.33. *f* Lib. de acid. spad. cap.9. *g* Lib.2.post.1.

rali proponentis, doctrinã) an res hæc monstrosa fuerit, quid fuerit, & quod fuerit, propter quod fuerit, (de causis videlicet) tantummodò remanet examinandum quæsitum, in quo quid Excell. Coccius in fine huius relationis explicandum promittit (an scilicet id portentosum per vrinam emissum in corpore humano potuerit generari, in qua corporis parte procreatum fuerit, & ex qua materia productum?) nos quoque soluere tentabimus.

Et ad primam quęsiti partem respondere sufficiet, nullam eiusmodi procreationis in corpore humano repugnãtiam inueniri, cum in eodem (quemadmodùm in magno mundo) similia, atque

Vermis hic an in corpore Capucini fuerit procreatus, & in qua parte?

atque diuersæ speciei, vel venenata, animalia, nec non venena ipsa generentur.

Ad secundam astruo probatum vermem in dextri renis vretere, in peluim expanso, iure omni natum, vel altum fuisse, turbatæque vrinæ, filamentorum in illa, grauitatis in eodem rene, dolorum intolerabilium, atque vltra annũ (eo modo, quo narratur in historia) viui, & quandoque grumosi sanguinis mictus causam extitisse: valent quippè vermes (validiori ratione, qua calculi multi vel excoriando, vel dilatando, vel lacerando sanguinis vias, & loca, cruorem ipsum, quâ datâ portâ, ruere permittunt) ita sanguifera vasa erodere; vt inde, intensissimis comitibus

Hic vermis quomodo tanto tẽpore causa fuerit variorũ symptomatum declaratur.

tibus doloribus, vrinarum cõfusione, ac filamentorum excretione copiosa satis nascatur hæmorrhagia. Grauitas in rene dicto ab eodem verme, vreteris capacitatem obstruẽte, fuit exorta; cribrata nanque, nec non cribranda in renibus serositas, transitum in vesicam liberum nõ inueniens, pondus illud expresserat.

Hic vermis demùm in rene dextro quoque sui ipsius plusquam annualis carceris origo fuit; etenim cum caudatus, & corpore, ac capite pręcipuè crassiori extitisset in causa fuit quominùs à rene per vreterem in vesicam citò amandari posset; cum vreter sit taliter conformatus, vt latior in principio, angustior deinde vsque ad vesi-

vesicam obseruetur: quarè corpus, & caput præsertim huius vermis nullo planè modo ad vreteris angustiam poterat conformari: hinc nonnisi violenta viscerum conuulsione, & sanguinis appulsu à fortiori absterſiuo excitatis foràs idem impulsus fuit.

His breuiter expeditis ad modum tandem quo, & ad materiã simul, ex qua fuerit hoc animal in corpore humano productum, descendendum est.

In hoc verò determinando variæ, ac diuersæ, imò pugnantes inter se deprehenduntur sententiæ.

De vermium generatione in corpore nostro variæ afferuntur opiniones.

Per putredinem, & ex consimili materia vermes omnes procreari quamplurium auctorum, mentem

Ari-

h Aristotelis ad suã opinionem trahentium adeò communis fuit assertio, vt de hoc dubitauisse neminem *i* Zacutus Lusitanus concluserit.

Alij tamen non ex omnibus vel excrementitijs humoribus, verùm ex aliquibus tantùm animalia hæc in corpore nostro suscitari cõtendunt, quia non omnes humores, aut saltem non omnes æquè, nec semper, nec omni in loco putrescere sentiunt.

Alij ex omnibus humoribus,& excrementis probant eadem produci ex ipso Philosopho pluribus in locis hoc idem claris literis consecrante, in textu præcipuè laudato, in quo in genere abso-

h 5.Hist. an.19. *i* Prax.hist. cap.vlt.

absolutè, ac de omnibus loquitur excrementis.

Oppositam in generatione vermium tuentur sententiam, qui secum etiam kAristotelem ducentes, putrefactionem omni vitali ortui contrariam esse concordant; putredo namque destruit, non generat viuentia.

Viam inter vtramque prædictam sententiam mediam calcarunt asserentes nihil simpliciter putrescens viuum aliquod generare, sed concoctum; ex putredine videlicet consimilem disponi materiam ad animalis generationem, eamque ità præparatam per coctionis viam in animal tandem conuerti.

Hi

k 4.Meteor. cap. 1.

Hi quoque pro se *l* Philosophum habere cõfidunt, addentes cum *m* Santorello se scire vermes nõ fieri simpliciter ex putrefactione, sed ex coctione, quæ putrefactioni coniungitur; diuersissimasque, imò contrarias actiones esse putrefactionẽ, & generationem: verùm materiem ipsam putrefactã (vt crudam) coqui, ex qua coctione deindè hæc animalia generantur: vndè *n* Aristotelem, qui nihil gigni putrescens, ait, sed concoctum cum Auicenna, alijsque conciliant, qui putri ex materie vermes affirmant produci; nam, cum motus, qui respectu materiæ est putredo, respectu animalis sit cõ-coctio,

l 3. De gen. an. 11. *m* Lib. 23 de sanit. nat. cap. 18. *n* 3. De gen. an. 11.

coctio, vtrique vera docent, & asserentes gigni vermes ex materia putri, & autumantes produci eosdem per coctionem.

Subdiuiduntur insuper inter se se auctores isti nolentes ipsorum nonnulli cum o Dureto ex omnibus humoribus, & excremẽtis pro vermium generatione in corpore nostro pręparatam modo dicto desumi materiam, sed singularem ex singulari humore (vt pituitosus est, aut huic analogus) crudo prius vocato, ac posteà concocto.

Ex omnibus humoribus, & excrementis eodem modo præparatis volunt alij generari vermes, admittentes p Aristotelis sententiam, omnia

o Annot. ad Holl. l. 1. de morb. c. 50.
p 2. De gen. text. 50.

omnia nutriri ex ijſdem, ex quibus eadem cõponuntur; aſſerentes tamen cum q Sanctorio in omni putrido humore, vel excrementitio(amaro v.g.)ad coctionem redacto, aliquid apti, dulciſque reperiri,quo fieri, atque nutriri poſſunt hæc animalia, quoniam omnis humor putridus habet duo, humorem coctum, qui eſt cauſa materialis, & ſpiritus acres, & fermento ſimiles, à quibus(vt à cauſa efficiente) totus humor coquitur, fit dulcis, & ſuauis, ex quo immediatè (vt ex cauſa materiali animal generatur).

His omnibus placitis nos non acquieſcimus, qui in vermium generatione Ariſtotelis doctrinâ etiã inhærен-

Exponitur Auctoris ſentẽtia.

q Lib.5.vit.err.cap.12.

rentes, ab intrinseca constitutiua eorum parte putridam quamcunque excludimus materiam, & (quemadmodũ pluries docuit r Philosophus in putridis rebus generari viuentia, cum eorum naturalis calor cogendorum facultatem acquisiuerit &c.) asserimus, dum putrescunt in corpore nostro, vel fermentescunt, aut singulariter, vel insigniter alterantur humores, dissolui, separari, excitarique ab ineptâ materiam idoneam, ex quâ collecta simul, ac tandem in vnum redacta, tale pullulat seminium, quod aptum est generare vermes.

Hanc sanè materiam qua tale constat seminium, quæque non est putrida dicenda,

r 4. Meteor. 2. & 4.

da, nos appellamus ex qua: alteram verò (in qua hæc heterogenea non putrida summè latenter erat immista) latiùs fermentatam, vt docet *f* Martinus Schoockius, vel putrescentem, vt voluerunt quamplures, materiam etiã dicimus ex qua, impropriè verò (tanquam ex subiecto substentante) fit hoc seminium contradistinctum ab ipsa.

Hoc roboratur ex ijs, quæ vel *t* Philosopho putredine videntur expertia, vermes tamen generantur in illis, vt ex defœcato vino, ex aceto acerrimo, ex sale, saccharo, pipere, absynthio, niue, ex aridis stirpibus, saxorum, & metallorum rimis, atque similibus, quibus

F aliæ

f Lib. De ferm. c. 13. *t* 5. Histor. c. 19.

aliæ res (vt loquitur quoque *u* Vvillisius) solent à putredine præseruari, & quorum quędam (dum vermes oriuntur in ipsis) fermentescunt tantummodò, seu mutationem quandam, aut insignem aliquam patiuntur alterationem, vel nõnullæ tantùm heterogeneæ, quæ latent in dictis rebus, moleculæ hoc idem experiuntur, quod placuit *x* Fran. Piëns aienti:
„ aqua per vaporem eleuata,
„ aer, grando, nix vermibus
„ scatent non ex putredine,
„ cum ei non sint obnoxia, sed
„ fermẽtabilibus particulis in
„ id destinatis.

Idem in humoribus nostri corporis etiam excrementitijs non tantùm ità motis, alte-

u Lib. de ferm. c. 8. *x* Lib. pr. de febr. pag. 240.

alteratis,& fermentatis, verùm & putrescentibus euenire sentimus cum z Philosopho, qui non solùm in seminibus animaliũ,sed etiam in ipsorum excrementis calorem quendam viuificum elemento syderũ analogum inesse scribit, à quo vitalitatem ea accipiunt, quæ indè producuntur.

Dicimus insupèr quod, quemadmodum extra corpus nostrum pro materei (in qua vermium seminium latebat) diuersitate, pro varia quoque eiusdem qualitate, quantitate, atque substantia, ex qua posteà hæc animalia sumunt incrementum, nec non loci conditione sub vnius specie adeò varia quandoque nascuntur,

z 3.De gen.animal.cap.3.

vt potiùs diuersæ, quã eiusdem speciei videantur, ità in humoribus nostri corporis, vel superfluitatibus quãdoque putrescentibus, in quibus plasticus latebat spiritus (quo omnia quodammodò plena esse *a* Philosophus asseuerare non dubitauit) natura, quæ (vt idem *b* asserit) nihil, ex quo aliquid efformare potest, omittere solet, hæc vnius speciei animalia inter se se notabiliter ferè diuersa, & aliquãdo monstrosa, ac peregrina procreare consueuit.

Quoniam demũ ex peculiaribus huius, vel illius rei particulis, peculiares generari vermes docet experiẽtia, vermium semen (vt propiùs

a 3. De part. animal. 11. *b* 2. De gen. anim. 4.

piùs ad hanc generationem accedamus, intimiùsque nostram aperiamus sententiã) in dicta materia præsupponimus certum, quod in eadem, pro sua quoque multis in rebus varietate, intrinsecam, externamque formam introducit.

Quare vermes in humano corpore, atque alia animalia (inter quæ, vt notauimus supra, fuerunt quoque visi serpentes) generantur, inquantùm reconditum eorum seminium, in esca vel potu inuisibile, & insensibile latitans, atque à varijs coctionũ officinis superstes adhuc conseruatum, in aliqua nostri corporis parte, necessarijs concurrentibus dispositionibus (quemadmodum in vberibus fœmina- Singularis modus, quo vermes, & alia animalia incorporea humano generantur.

rum excludi bombycis pullum obseruamus) excitatur, ac vegetatum tandem animalis effingitur indiuiduum.

Hæc nostra sententia, quæ nusquam displicuisset *c* Fortunio Lyceto, placuisset summoperè *d* I.C. Scaligero: quià nullo modo ex putredine causa, quomodò species animalium certæ producantur, dari potest; in plastico verò spiritu, quod huiusmodi requiritur, inuenitur.

Placuisset etiam *e* Danieli Sennerto, cui in vermium generatione visum est semper nec semen, aut quiddam semini analogum deesse statuendum, proximumque prin-

c Lib. 4. de spont. viu. ort. cap. 32. *d* Exer. 59. sect. 2. & 190. *e* Lib. 2. inst. par. 2. cap. 9. & alib.

principium, ac peculiarem in materia potentiam ad talem suscipiendam formam latere, quemadmodum pluries docuit Aristoteles in animalium excrementis vitale principium inesse.

Placuisset *f* Lazaro Riuerio, qui (postquam multa de vermiũ generatione loquutus esset) multorum opinionem eò deduci, conclusit, vt credant multiplicia rerũ semina in varijs substantijs latitare, quæ iuxtà varias illarum permutationes, in lucem emergunt, prout videlicet materia per putredinem, aut aliam quamuis alterationem, ad hanc, vel illam formam recipiendam disponitur magis, & semen illi dispositioni magis

f Lib. 1. Prax. med. cap. 9.

analogũ suscitatur in actũ, formamque sibi propriam in materiam introducit.

Hanc sententiã(addit)non valdè recedere à veteri philosophia, quæ docet formas educi è potentia materiæ; sed hos tutiùs existimare semina rerum in materia recondi, quæ verè sunt efficientia, quàm solùm materiæ potentiam agnoscere, quæ nullam habet efficiendi vim, cum illa enim materiæ potentia inquirendum est aliquod efficiens, quod formas illas educat, aut potentiùs in eam introducat.

Placuisset *g* Petro Michaeli de Heredia, cui doctrina *h* Galeni, putantis absolutè vermes ex putredine

g Com. in Hip. de morb. pop. gr. 12.
h 3. Aphor. com. 26.

dine generari, sed multo cũ calore, nunquam arrisit; aliud est enim quod pręsupponatur materia putrida, vt vermes producantur; aliud quod putredine fiant. Primum est ipsi probabile, secundũ verò falsum: nullum namque animal generatur putredine, imò omnia media putredine pereunt: peccare etiam idem existimauit Galenum docendo quod vermes non fiant medio semine, sed correspondere coeteris animalibus, ex putredine ortis, omnia etenim animalia sponte nascentia sine semine suo nõ fieri censuit, ridiculamque doctrinam antiquorũ esse putantium ex putredine fieri, omnia, sine maris, & foeminæ congressu procreata; nam

(præter *i* Philosophi pluries decantatum testimonium) ipsa conformatio, & delineatio illorum viuentium declarat arcanum opificem in materia (ex qua formantur) occultum dari, à quo pulcherrimè, & sine errore aliquo artificium illud mirabile vndique constructum fuit, ac tanta cum venustate, qua ex concubitu (& interdùm maiori) formantur; vt extrà dubium sit solùm virtutem (in semine) formatricem tantæ pulchritudinis, & varietatis authorem esse posse, atque euidenter conuincere similitudinem mirabilem inuentam in animalibus, quæ, vt ex maris, & fœminæ concursu, ità sine concubitu, & spontè generantur. Vt

i 4. Meteor. cap. 1.

Vt ea tandem, quæ de vermium caufis hucufque dicta funt ad præfentis animalis generationem referamus infimùl, ac noftræ differtationis cõtrahamus vela, concludimus vermem per vrinam Capuccini propulfum à proprij feminis particulis in cruore conferuatis in rene malè affecto fegregatis, excitatifuè fuum ortum fufcepiffe, à craffioribus verò heterogeneis partibus, ab eodem circulante fanguine in dicti renis pelui deciduis, fumpfiffe incrementum. Huius vermis ortus, & incremẽti materies.

Eâdem (cœteris paribus) ratione, qua differtum eft de verme, de viperino anguiculo proceffiffet fermo, fi ferpentis hoc animal prætuliffet proprietates; ferpenti-

num namque seminium cum cibo, vel potu ingestum, in ventriculo non dissolutũ, & cum inchoato chylo ad intestina delapsum, ac indè cum eodem in venas receptum, ad cor vsque, atque à corde per arterias ad infirmum renem cum sanguine dimissum, in serpentem tandèm cessisset: non aliam enim rationem existimamus natorum & vermium, & serpentum in assumptis ab homine, quam in ouis gallinaceis, in quibus (in eorumdem tamen seminio priùs à gallinis, cadauer ipsum, vel particulam quandam deuorantibus, deglutito) dictorum animalium formæ latuerunt, quorum exempla referunt inter alios k Paræus,

k Cap. de monstr.

ræus, *l* Lycetus, *m* à Porta, *n* Aldrouandus, *o* Leichnérus, *p* Thom. Bartholinus, & *q* Casparus filius.

Vermes, & serpẽtes in ouis gallinarum procreati.

De fœmella *r* legimus, quæ confracto ouo gallinaceo recenti, testâque abiectâ album cum vitello cõcussit, & dimidiam partem ad sordes gerrarum crinalium abluendas statim accommodauit, & alteram partem per dies asseruatam fortè introspiciens, inuenit loco conquassati oui quindecim vermes albos capitibus rubentibus viuentes.

Refert amicissimus *s* Franciscus Nazzarius ancillam à cubiculo Serenissimæ Du-

F 6 cissæ

l Lib. de spont. viu. ort. *m* Lib. 1. mag. nat. *n* Lib. 2. de monstros. *o* Exerc. de gen. an. pr. ouip. *p* Cent. 6. hist. 87. *q* Miscell. exerc. 2. *r* Miscell. Germ. ann. 3. *s* Ephem. litt. 7. ann. 1673.

cissæ Parmæ rupto recenti vnius diei ouo pro iusculo Heræ suæ parando in albumine viuum anguiculum lato capite, digiti indicis longitudine, & cerasini pediculi crassitie inuenisse.

De gallinæ ouo Florentiâ ad *t* Stenonium præscriptũ fuit (cum pro mensa Serenissimæ Principis ex ouis ferculum pararetur) ex vno effracto serpentem exiuisse.

Narrat *u* Simon Schultzius Iudæum quendam tria oua gallinacea emisse, quorum cõfractis testis duo recentia, tertium autem corruptum reperisse, ex quo serpens spithamæ longitudinis, & digitalis crassitiei ex nigro subcineritij, & variega-

t Act.med.Barth.ann.1673. *u* Obser. 190.eph.med.phys.Germ.ann.3.

riegati coloris, capite verò niger in gyrum circumuolutus in conspectum prodibat.

Postremò quare noster vermis in capite, in cauda, & forsan in aliquo viscere monstrosam quodammodò secum portauerit figuram? (ob quam in genere vermiũ insolitorum à nobis collocatus fuit) varij varia proferrent, quæ de cœteris tàm animalium, quàm vegetabilium corporum monstrosis configurationibus prædicantur. Huius vermis mõstrositatis causa.

Responderet huic quæsito *x* Santorellus, quod cum monstra sint errata naturæ gignentis, possitque error contingere, aut quoniam materies deficit, abundat, aut

x Lib. 14. de san. nat. cap. 17.

aut contumax est, & formationi non obedit, aut quoniam ipsa facultas est vitiata, ad has causas monstrosorum omnium ortus sint referendi.

Pro humoris in varijs corporis partibus consedentis diuersitate (quæ infinita esse potest) adderet z Aldrouandus, tum ratione quantitatis, situs, & figuræ varia animalia insolita quandoque, & monstrosa produci.

Nos etiam in diuersis valdè, vel parum monstrosis corporibus, quò ad generationem adunguèm, penè putamus euenire, quod (cœteris non paribus, hoc est non benè constitutis) in diuersis non monstrosis corporibus aliquãdo succedit, quæ formam

z Lib. 6. de insect.

mam variam pro diuersa plastici spiritus actiuitate, ac pro varijs cum loco simùl proprij incrementi materiebus difformem habere configurationem asserere non grauamur.

Hic igitur vermis (iuxtà figurã in relatione allatam) effigiem non rigorosè, seu tàm propriè monstrosam, sed insolitam tantùm (quam scilicet in cœteris rotundis vermibus ordinarijs quotidie non obseruamus) nobis præbuit propter quandam abundantis dictæ materiei in ouo collectæ, non penitùs ordinariç vermium eiusdem speciei vulgariũ figuræ confecto necessitatem, atque determinatam inclinationẽ, locique non immeritò certam proportionem, confi-

gura-

gurationemquè, vreteris scilicet dextri renis, in cuius pelui caput ipsius ità distinctum, & latum efformatum fuit, vt (quemadmodum tetigimus supra) Cl. Coccius deceptus fuerit in affirmando caput idem vipeream, vel obtinuisse, vel repræsentasse figuram; reliquum verò corpus non adeò pingue, in cœtera parte dicti canalis expressum: quæ materiei necessitas, & inclinatio, nec non hæc loci diuersa configuratio (quemadmodum notatum fuit) non rarò in compingenda quoque mole aliorum animalium elucescunt.

Sub dissertationis huius calce (si coniecturâ aliquâ vermem in rene dicto latitare præcognosci licuisset)

non-

nonnulla de remediorum delectu superessent dicenda; sed cum satis, vel satiùs nimis in eadem expatiatus sim, luciosus etiam, & hebes lynceis hæc, & accuratiora relinquo.




SVM.

SVMMA RERVM,
Quæ in hac Dissertatione continentur.

Ver-





Erra-

Errata	Corrige
pag. 8. iuducmus	induximus
9. Manardus, *b*	*b* Manardus
34. *f*	*f* Progymn. 6.
37. fuit à verme	fuit.
40. eadem	eodem
59. Par.	Prax.
66. Mercuriali	Mercuriale
71. puſtularum, cruſtis	puſtularum cruſtis
81. polyum	polypum

